
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01304775 8

KLEINE TEXTE FÜR VORLESUNGEN UND ÜBUNGEN
HERAUSGEGEBEN VON HANS LIETZMANN

134

P. VERGILI MARONIS BVCOLICA

CVM AVCTORIBVS ET IMITATORIBVS
IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

CAROLVS HOSIVS

Preis 1.— M., gbd. 1.50 M.



BONN
A. MARCUS UND E. WEBER'S VERLAG
1915

KLEINE TEXTE FÜR VORLESUNGEN UND ÜBUNGEN
HERAUSGEGEBEN VON HANS LIETZMANN

134

P. VERGILI MARONIS BVCOLICA

CVM AVCTORIBVS ET IMITATORIBVS

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

CAROLVS HOSIVS



BONN
A. MARCUS UND E. WEBER'S VERLAG
1915



M = codex Mediceus 39,1 saec. V, continet VI 48—X 77
P = codex Palatinus Vatic. 1631 saec. IV/V, continet I—III 70, IV 52—X 77
R = codex Romanus Vatic. 3867 saec. VI, continet I—VI 86, X 10—77
V = schedae Veronenses 38, saec. V/VI, continent III 27—51, V 88 —VI 19, VII 13—37, VIII 21—44
ς = codices deteriores

I

Meliboeus Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi
Silvestrem tenui musam meditaris avena:
Nos patriae fines et dulcia linquimus arva;
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra
Formonsam resonare doces Amaryllida silvas.
Tityrus O Meliboee, deus nobis haec otia fecit;
Namque erit ille mihi semper deus, illius aram
Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum
Ludere quae vellem calamo permisit agresti.

VARIETAS LECTIONIS: **2** Agrestem *Quint. IX 4, 86, cfr. Schol. Bern.*

AVCTORES, IMITATORES (praeter centones), SIMILIA: **1** *sq.* (= g. IV 566) Tityrus Theocr. III 2 VII 72 Calp. IV 163 — Theocr. VII 88 τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις ἁδὺ μελισδόμενος κατεκέκλισο, θεῖε Κομᾶτα XII 8 σκιερὴν ὑπὸ φηγὸν Numitor. Antibuc. (FPR p. 341 Baehr.) fr. 1 Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi? Lucr. II 663 Cic. Arat. 47 sub tegmine caeli Catal. IX 17 viridi patulae sub tegmine quercus Sen. Herc. O. 653 e patula . . fago Juvenc. II 122 arborea quod te vidi recubare sub umbra Damasus III 1 Ihm (= Anth. lat. 765, 1) Tityre, tu fido recubans sub tegmine Christi divinos apices sacro modularis in ore Sidon. c. IV 1 Tityrus ut quondam patulae sub tegmine fagi (*cfr.* ep. VIII 9, 5, 12) Eugen. Tol. LXX 6 glandiferae recubant sub tegmine Anth. lat. 2, 5; 483, 1; 555, 1; 558, 1; 893 **2** VI 8 Theocr. I 20 βουκολικᾶς . . Μοίσας Lucr. IV 589 fistula silvestrem ne cesset fundere musam Tib. III 4, 71 cantus meditabar avena Nemes. I 27 Musam *(?)* deposcis avenae **4** *sq.* Calp. IV 37 secura saturi recubamus in umbra et fruimur silvis Amaryllidos Anth. lat. 893, 99 (*ad* VII 9) **5** Theocr. III 6 χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί Prop. I 18, 31 resonent mihi Cynthia silvae Longus II 7, 6 ἐπῄνουν τὴν Ἠχὼ τὸ Ἀμαρυλλίδος ὄνομα μετ' ἐμὲ καλοῦσαν **6** Mart. I 107, 3 otia da nobis, sed qualia fecerat olim Maecenas Flacco Vergilioque suo Calp. IV 70 Meliboee, deus **8** Theocr. epigr. I 5 βωμὸν δ' αἱμάξει κεραὸς τράγος Priap. II 12 p. 128 Vo. pinguis agnus ex ovilibus Tib. II 1, 57 a pleno . . munus ovili . . hircus 15 agnus ad aras Anth. lat. 775, 15 Calp. II 63 saepe cadit festis devota Parilibus agna 67 caper imbuat aras V 27 **9** Theocr. IX 4 ἐν φύλλοισι πλανῶντο **10** Calp. IV 20 levibus quem saepe cicutis ludere conantem vetuisti

M. Non equidem invideo, miror magis: undique totis
Usque adeo turbatur agris. En ipse capellas
Protenus aeger ago; hanc etiam vix, Tityre, duco:
Hic inter densas corylos modo namque gemellos,
Spem gregis, ah silice in nuda conixa reliquit.
Saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset,
De caelo tactas memini praedicere quercus.
Sed tamen iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.
T. Urbem, quam dicunt Romam, Meliboee, putavi
Stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solemus
Pastores ovium teneros depellere fetus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus haedos
Noram, sic parvis componere magna solebam.
Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes,

---

12 turbatur ς *Quint. I 4, 28 Consentius GLK V 372, 35 Serv.* turbamur *PR Philarg., reicit Servius*

---

11 Theocr. I 62 κοὔτι τυ κερτομέω Nux eleg. 33 non equidem invideo Claud. rapt. III 27 haud eq. invideo Paulin. Nol. ep. XVII 4 non invideo, praedico magis Alcim. Av II 157 nec eq. invideo, miror magis Sidon. ep. VIII 9, 5, 56 sed tu, Tityre, parce provocare; nam non invideo magisque miror *eqs.* Ov. her. X 105 Anth. lat. 255, 8 non equidem miror Aen. I 335 IV 330 V 56 *al.* Hor. ep. II 1, 69 Ciris 19; 418 Ov. m. VIII 497 XV 359 her. VI 79 *al.* Aetna 458 Calp. III 18 VI 78 Sil. XI 556 XII 387 *al.* Stat. Th. III 621 Paul. Nol. XXII 24 Carm. ep. 1356, 5 *etc.* non (haud) equidem **12** g. IV 84 Aen. XII 646 Lucr. I 412; 497; 589; 966; 1006 *al.* Luc. I 366 IV 185 IX 507 *etc.* usque adeo **13** Mart. VIII 56, 8 flebat et abductas Tityrus aeger oves **14** *sq.* Theocr. I 25 αἶγα . . διδυματόκον Ov. m. XI 316 namque est enixa gemellos Stat. Th. V 464 enitor geminos **15** Claud. X 294 spes gregis Coripp. Ioh. III 163 aries . . spes una gregis — Claud. Mar. Vict. II 104 nudum in silicem **16** (Aen. II 54) Carm. ep. 506, 2 si fortuna quidem fatis non laeva fuisset **20** (A. II 456) Ov. m. I 639 VIII 19 (XIII 417) saepe solebat **21** Calp. II 47 depulsa . . fetura Val. VII 375 teneros . . fetus **23** g. IV 176 Ov. m. V 416 Coripp. paneg. Anast. 15 p. 163 P. componere magnis parva tr. I 6, 28 Stat. s. I 5, 61 Sidon. ep. VIII 6, 2 si parva magnis componere licet Paulin. Nol. c. VI 20 Orientius I 607 sic, modo si parvis cupias componere magna *Otto Sprichwörter p. 204* **24** Val. I 385 (405) tantum haec aliis . . quantum — Hom. Od. VI 107 πασάων δ' ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα Vell. II 4, 6 super totum terrarum orbem Roma extulerat caput Sil. I 29 ubi magnanimis Romam caput urbibus alte exerere . . videt Sulpic. 20 extulit ingens Roma caput Verg. g. II 341 Aen. I 127 Tib. IV 1, 123 Ov. m. III 37 (V 487) tr. I 9, 45 f. I 209 V 637 Sil. VII 254 VIII 250 Il. lat. 158 Stat. Th. VI 101 Carm. ep. 906, 7 caput extulit Anth. lat. 686, 1 *sqq.* *(s. IX?)*

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
M. Et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?
T. Libertas, quae sera tamen respexit inertem,
Candidior postquam tondenti barba cadebat;
Respexit tamen et longo post tempore venit,
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat nec cura peculi.
Quamvis multa meis exiret victima saeptis
Pinguis et ingratae premeretur caseus urbi,
Non umquam gravis aere domum mihi dextra redibat.
M. Mirabar, quid maesta deos, Amarylli, vocares,
Cui pendere sua patereris in arbore poma:
Tityrus hinc aberat. Ipsae te, Tityre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant.
T. Quid facerem? neque servitio me exire licebat
Nec tam praesentis alibi cognoscere divos.
Hic illum vidi iuvenem, Meliboee, quotannis

---

25 Theocr. XVIII 30 ἢ κάπῳ κυπάρισσος Nemes. II 86 si modo coniferas inter viburna cupressos Paulin. Nol. XI 37 aequas viburna cupressis **26** Calp. VII 7 (*ad* 36) Carm. Einsidl. II 14 tu dic, quae sit tibi causa tacendi **27** Tib. I 9, 4 sera tamen tacitis Prop. III 15, 35 sera tamen pietas — Luc. VII 433 libertas . . nec respicit ultra Ausoniam Tertull. adv. Marc. II 28 genus humanum tam sero respexit **28** (= Symm. IV 18, 2) Iuv. I 25 quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat **29** Stat. s. IV 2, 64 longo post tempore venit, *infra* 67 Aen. VI 409 Ciris 74 Ov. m. (VII 494) IX 570 X 180 XIV 218 Stat. Th. III 501 VI 121 XI 394; 605 Damas. XLIV 2 Paulin. Nol. XXVII 184 Cyprian. Gall. Gen. 1315 **31** Catal. IX 11 Commodian. instr. II 8, 8 namque fatebor enim Aen. IV 20 Dracont. laud. III 567 fatebor enim **32** Plaut. Stich. 751 vapulat peculium, actum est, fugit hoc libertas caput Hor. a. p. 330 et cura peculi **33** Ennod. c. I 8, 27 H. fumat tibi victima pinguis **34** Calp. II 70 per totum niveus premitur mihi caseus annum Avien. or. 487 lacte . . atque pingui caseo **35** Moretum 80 inde domum cervice levis, gravis aere redibat Priap. II 12 p. 128 Vo. meisque pinguis agnus ex ovilibus gravem domum remittit aere dexteram Colum. X 310 aere sinus gerulus plenos gravis urbe reportet Paulin. Nol. XVIII 41 aere gravis sinus Anth. lat. 21, 64 aere gravis **36** Prop. III 10, 1 mirabar, quid Calp. VII 7 mirabar, quae tanta foret tibi causa morandi (*vd.* 26) **37** VII 54 Calp. II 72 sub arbore nostra poma **38** *sq.* VI 10 Bion I 32 Mosch. III 23 Nemes. I 72 te platanus, Meliboee, susurrat, te pinus; reboant te . . silvae, te nostra arbusta (?) locuntur Rutil. I 31 ipsi quin etiam fontes . . ipsaque si possent arbuta nostra loqui **40** VII 14 (g. IV 504 A. IX 399) Ov. tr. I 3, 49 f. V 313 (VI 149 eleg. in Maec. I 39) quid facerem? — Ambros. ep. XXXVII 24 ut servitio ei liceat exire *cfr.* de Iacob II 3, 12 de Ioseph IV 19 Hex. V 14, 49 de off. III 8, 53 de Cain II 2, 9 expos. psalm. 118 III 27, 1

Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
'Pascite ut ante boves; submittite tauros.'
M. Fortunate senex! ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis, quamvis lapis omnia nudus
Limosoque palus obducat pascua iunco.
Non insueta gravis temptabunt pabula fetas,
Nec mala vicini pecoris contagia laedent.
Fortunate senex! Hic inter flumina nota
Et fontis sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi quae semper vicino ab limite saepes
Hyblaeis apibus florem depasta salicti
Saepe levi somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras,
Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes
Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.
T. Ante leves ergo pascentur in aequore cervi,

---

54 rorem *(?) Schol. Bern.* **59** pascuntur *P* aequore ς aethere PR ς *Serv. Philarg. Probus GLK IV 149, 3 Prisc. III 26, 11, discrepant Probi commentarii codices p. 327, 14 H.*

---

43 A. XI 133 Damas. XXVII 6 bis seni transiere dies — Ov. her. I 25 (f. II 193) Sil. XII 332 (VIII 432 Avien. Arat. 207) altaria fumant **45** Theocr. IX 3 μόσχως βουσὶν ὑφέντες, ὑπὸ στείραισι δὲ ταύρως Tib. IV 1, 170 submittere taurus Dracont. Rom. VIII 418 **46** Dirae 10 senis nostri felicia rura **49** Dirae 91 capellae . . mollia non iterum carpetis pabula nota **50** Hor. epod. XVI 61 nulla nocent pecori contagia **52** II 8 Val. I 448 captaret frigora quercus Stat. s. IV 4, 17 frigora captant Cyprian. Gall. Gen. 597 frigus captabat in umbra (*cfr.* Ov. m. X 129) **53** Lucr. III 11 ut apes . . omnia libant, omnia nos itidem depascimur aurea dicta Val. Max. I 6 ext. 3 apes . . Heliconios colles . . depastae Auson. ep. XXIX 12 p. 285 P. Hyblaeis apibus saepes depasta susurrat Theocr. VII 142 (*ad v.* 58) **54** Ov. ars III 150 Mart. VII 88, 8 Hybla . . apes **55** Claud. XII 13 leve Mincius susurret **56** Theocr. VIII 55 ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι Luc. VI 641 alta sub rupe **57** *sq.* Mart. III 58, 19 gemit hinc palumbus, inde . . turtur Ambros. hex. V 12, 39 sunt gementes turtures et raucae columbae de Iacob II 12, 56 rauca resonant in nemore columbarum murmura — X 22 Stat. s. IV 4, 20 (Ov. am. III 1, 41 tr. IV 6, 45 Val. VI 499) tua cura **58** Theocr. VII 141 ἔστενε τρυγών, πωτῶντο ξουθαὶ περὶ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι **59** *sqq.* Archiloch. fr. 74, 7 ὅταν δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομὸν ἐνάλιον Herod. V 92, 1 Hor. c. I 2, 11 natarunt aequore dammae Ov. m. XIV 37 prius in aequore frondes . . et in summis nascentur montibus algae . . quam Nemes. I 75 namque prius siccis phocae pascentur in arvis insuetusque (?) freto vivet leo . . quam taceat, Meliboee, tuas mea fistula laudes Claud. I 169 ante dabunt hiemes Nilum, per flumina dammae errabunt . . quam Probus a nostro possit discedere sensu Ennod. ep. VI 38 facilius credo . . relictis fluen-

Et freta destituent nudos in litore pisces,
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim,
Quam nostro illius labatur pectore voltus.
M. At nos hinc alii sitientis ibimus Afros,
Pars Scythiam et rapidum cretae veniemus Oaxen
Et penitus toto divisos orbe Britannos.
En umquam patrios longo post tempore finis
Pauperis et tuguri congestum caespite culmen
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas?
Impius haec tam culta novalia miles habebit,
Barbarus has segetes: en quo discordia civis
Produxit miseros; his nos consevimus agros!

---

63 labantur P_2 **65** certe ς cretae *et* Cretae *Serv. Philarg. Schol. Bern., cfr. Vib. Seq. p. 150, 9 R.* Geticae *Heller* ad Oxum *Ladewig, Heller* ad axem *Cartault* *Ante* **69** *versum excidisse putat Havet* ah, quot *Cahen* **72** en quis cons. ς *(Schol. Bern.?)* agris *R*

---

torum alimoniis aether vacuum pisces expetere quam tantorum me immemorem delicta restituant c. I 7, 27 piscis in aetherio . . vertice tranet . . marmora cervus amat, *infra* VIII 27; 52 Dirae 4; 98 Prop. I 15, 29 II 15, 31 Ov. tr. I 8, 1 Sen. Herc. 373 Phaedr. 568 Thy. 476 Herc. O. 335 Licentius (FPR p. 417) 99 Anth. lat. 440, 1; *vd. ad* 63 **61** Prosper de ingratis (Migne 51, 105) 147 ecce pererratis terrarum finibus **62** Sen. Med. 374 Albin Persae Rhenumque bibunt Nemes. Cyn. 67 quae Rhenum Tigrimque bibunt Ararisque remotum principium **63** (*cfr.* 59) Dirae 101 quam tua de nostris emigret cura medullis Paulin. Nol. c. XI 47 prius ipsa recedet corpore vita meo quam vester pectore vultus Rutil. I 53 citius . . quam tuus ex nostro corde recedat honos Luc. IX 80 elapsus felix de pectore Magnus **66** Ov. ex P. I 9, 48 toto dividor orbe Luc. VIII 391 toto divisus ut orbe Flor. I 45, 2 toto orbe divisi Britanni Ambros. de bell. Iud. V 15, 22 Britannias interfuso mari a toto orbe divisas II 9, 102 Hieron. ep. (ad Marcell.) XLVI 10 divisus ab orbe nostro Britannus Aen. VIII 727 Cat. XI 11 Hor. c. I 35, 29 Claud. XVII 51 XXIV 149 Orientius II 237 **67** Sil. XVI 91 (*ad* VIII 7) Dirae 86 (*ad v.* 70) Anth. lat. 21, 102 repetis patriam longo post tempore, *vd. ad v.* 29 **68** Priap. III 6 p. 129 Vo. pauperis tuguri pater Ps. Quint. decl. maior. XIII 2 humilis tugurii rusticum culmen . . regna fecerat Cyprian. ad Donat. 2 fecundi caespitis culminibus ingravescit Paulin. Nol. XXI 486 pauperis et tuguri magis arta tegilla frequentat **69** Claud. VIII 372 decimas emensus aristas Ennod. c. II 1, 15 bis denas hiemes, totidem transcendit aristas (*cfr.* Augustin. quaest. in hept. I 95) **70** *sqq.* Dirae 84 exul ego indamnatus egens mea rura reliqui, miles ut accipiat funesti praemia belli; hinc ego de tumulo mea rura novissima visam 45 Aetna 51 impius et miles — Sedul. app. IIb 1 p. 309 Hue. per culta novalia pergens **71** Dirae 83 discordia civis Prop. I 22, 5 Romana suos egit discordia cives

Insere nunc, Meliboee, piros, pone ordine vites.
Ite meae, quondam felix pecus, ite capellae.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam; non me pascente, capellae,
Florentem cytisum et salices carpetis amaras.
T. Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noctem
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castaneae molles et pressi copia lactis;
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montibus umbrae.

---

74 felix quondam *R* **79** Hinc P — hac ς *Acro Hor. c. II* 7, *19* poteris ς *Arusian. GLK VII 505, 25* nocte P_2 ς *Acro* **83** a montibus P_1

---

73 IX 50 — Dirae 42 Venant. X 9, 33 ordine vites **74** X 77 Dirae 91 tardius ah miserae descendite monte capellae: mollia non iterum carpetis pabula nota Tib. I 1, 19 Val. II 473 nos Ili felix quondam (?) genus Claud. V 251 ite mei quondam socii **75** Aen. VIII 630 viridi . . in antro Calp. IV 95 Sil. IV 344 **76** Avien. descr. 283 dumosas . . rupis Ambros. exp. psalm. 118 XVI 23, 2 spectantur a pastoribus suis dumosa de rupe pendentes Ov. ex P. I 8, 51 pendentes rupe capellas Calp. V 5 errare vides inter dumeta capellas Ov. f. IV 511 Manil. V 570 Luc. I 435 Il. lat. 888 Mart. XIII 99, 1 Avian. XXVI 1 Claud. XXVIII 45 Dracont. Rom. VIII 408 **77** Ennod. c. I 8, 33 Maximian. I 127 carmina nulla cano Cyprian. Gall. Num. 683 c. n. canit **78** II 64 Theocr. V 128 ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι **79** Theocr. XI 44 ἅδιον ἐν τὤντρῳ παρ' ἐμὶν τὰν νύκτα διαξεῖς, ἐντὶ δάφναι τηνεῖ κτλ. Ov. m. I 679 hoc poteras mecum considere saxo Tib. III 6, 53 tecum longas requiescere noctes Nemes. IV 46 mecum requiesce **80** Venant. c. VII 14, 23 data sunt mihi mitia poma (Hor. epod. II 17) Mart. X 48, 18 Cyprian. III app. VI 285 (p. 320 H.) Lactant. Phoenix 30 Claud. Mar. Vict. I 230 Orientius I 132 Anth. lat. 395, 34 PLM V p. 236, 16 Vo. mitia poma **81** Venant. c. XI 13, 4 castaneas molles — Prud. cath. III 70 lac tenerum premitur — g. III 308 copia lactis Varro r. r. II 9, 12 Colum. X praef. 1 **82** Iuv. XIV 89 culmina villarum Ov. m. I 295 Sil. XV 534 Mart. IV 64, 10 Aus. Mos. 20; 284 Dracont. Rom. VIII 208 procul a villa fumantia tecta viderem Venant. c. X 9, 17 villarum fumantia culmina **83** VII 66 Dirae 76 altis fumantes montibus imbres Sil. VII 351 maiores umbrae

II

Formonsum pastor Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini; nec quid speraret, habebat.
Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos
Adsidue veniebat. Ibi haec incondita solus
Montibus et silvis studio iactabat inani:
'O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?
Nil nostri miserere? mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant;
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos,
Thestylis et rapido fessis messoribus aestu
Alia serpullumque herbas contundit olentis.

---

7 cogis *P* ς **9** lacertas P_1

II Theocr. III VI XI, Corydon Theocr. IV **1** *sqq.* Theocr. XI 8 Πολύφαμος, ὄκ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας . . τὰν Γαλάτειαν ἀείδων αὐτὸς ἐπ' ἀιόνος κατετάκετο φυκιοέσσας ἐξ ἀοῦς . . καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα XXIII 1 ἀνήρ τις πολύφιλτρος ἀπηνέος ἤρατ' ἐφάβω IV V 6 Κορύδων Prop. II 34, 73 felix intactum Corydon qui tentat Alexin agricolas domini carpere delicias Calp. II 1 intactam Crocalen puer Astacus et puer Idas . . dilexere diu Nemes. II 1 formosam Donacen puer Idas et puer Alcon ardebant Mart. VIII 63, 1 nec minus ardet Alexin Anth. lat. II 6 formosum . . Corydon dilexit Alexin **2** Prop. (*ad v.* 1) Carm. ep. 403, 3; 1075, 7 delicium domini **3** IX 9 **4** *sq.* Nemes. IV 12 sic sua desertis nudarunt vulnera silvis **5** Dirae 8 montibus et silvis dicam — Ciris 208 studio iactabat inani Damasus III 3 studio meditaris inani Maximian. III 15 **6** *sq.* Theocr. III 6 ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί . . ἦ ῥά με μισεῖς; . . ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς XI 19 ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ; III 33 τὺ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιῇ VII 119 τὸν ξεῖνον ὁ δύσμορος οὐκ ἐλεεῖ μευ Nemes. II 40 nulla meae tangit te cura salutis? IV 43 levant et carmina curas Carm. ep. 682 11 nec curant carmina manes, *infra* III 61 VIII 103 **8** *ad* I 52 g. III 327 Hor. c. III 29, 21 iam pastor umbras cum grege languido rivumque fessus quaerit Ov. m. VII 809 repetebam frigus et umbras Calp. I 19 captatae . . umbrae Nemes. IV 38 vocat aestus in umbram *eqs.* **9** Theocr. VII 22 ἁνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐν αἱμασιαῖσι καθεύδει Copa 28 nunc varia in gelida sede lacerta latet **10** *sq.* Theocr. II 1 Θεστυλί — Moretum — Claud. XVIII 108 rapido fessam . . aestu Lucr. V 519 Manil. I 869 Iuvenc. II 247 rapidus . . aestus **11** g. IV 30 Anth. lat. 910, 35 allia serpyllumque herbas — Ciris 370 narcissum casiamque herbas contundit (incendit?) olentes Colum. X 88 herbam contundat

At me cum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Nonne fuit satius tristis Amaryllidis iras
Atque superba pati fastidia? nonne Menalcan,
Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses?
O formonse puer, nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum, nec qui sim, quaeris, Alexi,
Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans.
Mille meae Siculis errant in montibus agnae;
Lac mihi non aestate novum, non frigore defit.

---

12 Ad *P reicit Serv.* Ac R mecum *vulgo* **19** quis ς **20** pecoris nivei *coniungunt P Serv. Philarg. Schol. Bern.* **22** lact *P cfr. Prob. et Sacerd. GLK IV 7, 4 VI 472, 1 al.*

---

12 *sq.* Theocr. VII 138 τοὶ δὲ ποτὶ σκιαραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον (*schol.* αἰθ. τέττιγες παρὰ τὸ αἴθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου κτλ.) Aen. XI 763 Coripp. Iust. III 220 domini vestigia lustrans — Cat. LXIV 354 Paulin. Nol. XXI 735 sole sub ardenti — g. III 328 Copa 27 cantu crebro rumpunt arbusta cicadae Nemes. I 2 raucis immunia rura cicadis IV 41 me sonat omnis silva nec aestivis cantu concedo cicadis Anth. lat. 658, 17 cantibus ecce tuis recrepant arbusta Culex 153 **14** *sq.* Prop. II 25, 11 nonne fuit satius duro servire tyranno? I 17, 15 Prud. ham. 461 nonne fuit melius saevum . . imperium tolerasse? Cyprian. Gall. Exod. 446 nonne f. s. tristes Pharaonis aerumnas funestasque pati leges? — Aen. III 366 Ciris 138; 536 tristis . . iras — Hor. ep. II 1, 215 fastidia ferre superbi Nemes. IV 50 qui tulerit Meroes fastidia lenta superbae — Theocr. VIII Μενάλκας **16** Theocr. III 35 Ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως XI 19 ὦ λευκὰ Γαλάτεια **17** (= Carm. ep. 1786) Nemes. IV 44 tu quoque, saeve puer, niveum ne perde colorem 20 puer o crudelis Iolla, non hoc semper eris . . nec semper lilia candent Ov. ars II 115 **18** X 38 *sq.* Theocr. X 28 καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶ καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος, ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται XXIII 29 Claud. rapt. II 130 alba ligustris Anth. lat. 897, 45 alba ligustra Carm. ep. 1543, 3 (poma) immatura cadunt et matura leguntur **19** Theocr. XI 30 γινώσκω, χαρίεσσα κόρα, τίνος οὕνεκα φεύγεις **20** *sqq.* Theocr. XI 34 ἀλλ' οὗτος τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω, κἠκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενος γάλα πίνω· τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ, οὐ χειμῶνος ἄκρω· ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί. συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε Κυκλώπων XX 19 *sqq.* III 1 ταὶ δέ μοι αἶγες βόσκονται κατ' ὄρος VIII 2 Ov. m. XIII 827 sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni, sunt quoque . . haedi; lac mihi semper adest niveum Ambros. de bell. Iud. III 6 regio . . dives pecoris et abundans lactis Symm. IV 58, 3 dives equini pecoris Hispania **21** VI 52 Luc. VIII 272 mille meae Graio volvuntur in aequore puppes Calp. II 68 mille sub uberibus balantes pascimus agnas III 65 scis, optima Phylli, quam numerosa meis siccetur bucula mulctris *eqs.* Nemes. II 35 scis mille iuvencas esse mihi, nosti numquam mea mulctra vacare **22** Soph. Phil. 17 ἐν ψύχει μὲν . . ἐν θέρει δέ Calp. II 70 per totum niveus premitur mihi caseus annum

Canto, quae solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dircaeus in Actaeo Aracintho.
Nec sum adeo informis: nuper me in litore vidi,
Cum placidum ventis staret mare; non ego Daphnim
Iudice te metuam, si numquam fallit imago.
O tantum libeat mecum tibi sordida rura
Atque humilis habitare casas et figere cervos
Haedorumque gregem viridi compellere hibisco.
Mecum una in silvis imitabere Pana canendo.
Pan primum calamos cera coniungere pluris
Instituit, Pan curat ovis oviumque magistros.
Nec te paeniteat calamo trivisse labellum:
Haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?

---

27 fallat *RP_2 Serv. Schol. Bern. Acro Hor. c. III 27, 40* **32** *sq.* et *39 del. Ribbeck* primus ς *Serv. ecl. III 25 Philarg. Acro Hor. c. IV 12, 10 Isid. or. III 21, 8*

---

23 Nemes. II 82 nec sumus indocti calamis: cantamus avena *eqs.* Ennod. c. I 6, 39 cantem, quae solitus, dum . . Ambrosius vates **24** ? Ἀμφίων Διρκαῖος ἐν Ἀκταίῳ Ἀρακύνθῳ Prop. III 15, 41 canebat Paeana Amphion rupe, Aracynthe tua. Ennod. c. I 2, 33 Amphion Dirceus **25** *sqq.* Theocr. VI 34 καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν, ὥς με λέγοντι· (*schol.* εὔμορφον ἑαυτὸν ποιεῖ) ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα, καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δέ μοι ἁ μία κώρα, ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, κατεφαίνετο Ov. m. XIII 840 certe ego me novi liquidaeque in imagine vidi nuper aquae placuitque mihi mea forma videnti XI 428 nuper . . in litore vidi III 455 Calp. II 84 num precor informis videor tibi? 88 fontibus in liquidis quotiens me conspicor ipse Nemes. II 74 quin etiam fontis speculo me mane notavi **26** Ambros. de Tob. V 16 placidum stat ventus mare = hex. V 13, 40 (ventis stat) — Theocr. V 80 ταὶ Μοῖσαί με φιλεῦντι πολὺ πλέον ἢ τὸν ἀοιδὸν Δάφνιν **27** Ov. her. XVI 204 XVII 244 ex P. II 3, 35 Prud. ham. 933 Coripp. Ioh. I 304 iudice te — Ov. f. II 397 nisi fallit imago m. III 463 nec me mea fallit imago (*cfr.* Claud. XXVII 21) Manil. IV 306 fallit imago Paulin. Nol. XXXIII 69 dum fallit mortis imago **28** *sq.* Theocr. XI 65 ποιμαίνειν δ' ἐθέλοις σὺν ἐμὶν ἅμα καὶ γάλ' ἀμέλγειν καὶ τυρὸν πᾶξαι — Manil. V 125 Anth. lat. 471, 11 sordida rura Mart. X 96, 4 saturae sordida rura casae Calp. II 60 ne contemne casas et pastoralia tecta VII 42 sordida tecta, casas Ov. her. V 16 Tib. II 5, 26 Petr. 135, 8, 12 humilis . . casa **29** (Tib. IV 1, 84) Sen. Herc. 1129 Carm. ep. 1526[a], 4 figere cervos **30** Calp. IV 32 viridique famem solarer hibisco **32** VIII 24 — III 25 Tib. II 5, 32 calamus cera iungitur Calp. III 26 calamos intexere cera Nemes. I 58 calamos aptare labris et iungere cera III 14 **33** III 101 Theocr. VIII 48 ὁ τὰς βῶς βόσκων χαἰ βόες **34** X 17 Tib. I 4, 47 (Hor. s. I 6, 89 Ov. f. VI 41; 51 Sil. V 652 Anth. lat. 287, 21) nec te p. — Lucr. V 1407 calamos . . percurrere labro IV 588 Nemes. I 4 calamos inflare labello Porf. Opt. XXVII 10 me (fistulam) . . terit . . molli labello Paulin. Nol. XXVII 73 perflantia textis labra terit calamis **35** X 37 Theocr. VII 2 Ἀμύντας Hor. epod. XII 18

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens: 'te nunc habet ista secundum'.
Dixit Damoetas, invidit stultus Amyntas.
Praeterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli sparsis etiamnunc pellibus albo;
Bina die siccant ovis ubera, quos tibi servo.
Iam pridem a me illos abducere Thestylis orat
Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.
Huc ades, o formonse puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphae calathis; tibi candida Nais
Pallentis violas et summa papavera carpens
Narcissum et florem iungit bene olentis anethi;
Tum casia atque aliis intexens suavibus herbis

---

41 ambo *R* **42** quod *R* **43** optat *Schrader* **46** ferant *Bentley* **47** papauere *P*

---

36 *sq.* Theocr. I 128 τάνδε φέρ' εὐπάκτοιο μελίπνουν ἐκ κηρῶ σύριγγα καλάν V 6 σύριγγα . . τάν μοι ἔδωκε Λύκων IV 28 *sqq.* VIII 18 Ov. m. I 711 disparibus calamis compagine cerae . . iunctis II 682 VIII 191 XI 154 XIII 784 Sil. XIV 471 Mart. XIV 63, 1 Calp. I 17 Porf. Opt. XXVII 3 **37** Calp. IV 59 calamos, here quos mihi doctus Iollas donavit, dixitque . . 'Tityrus hanc habuit' **38** V 49 **40** *sqq.* Theocr. III 34 ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω, τάν με καὶ ἁ Μέρμνωνος Ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως αἰτεῖ, καὶ δωσῶ οἱ, ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ XI 40 τρέφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς πάσας μαννοφόρως Ov. m. XIII 831 nec tibi . . vulgataque tantum munera contingent, dammae leporesque caperque, . . inveni geminos . . catulos . . ursae; inveni et dixi: 'dominae servabimus istos' **42** Hor. epod. II 46 distenta siccet ubera — Ov. m. XIII 814 tibi et hac servamus **44** Colum. X 298 ne Corydonis opes despernat Alexis Iuvenc. IV 83 vobis semper caelestia munera sordent Anth. lat. 715, 4 sordent hirsutae munera castaneae **45** *sqq.* Theocr. XI 42 ἀλλ' ἀφίκευ τὺ ποθ' ἁμέ 56 ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκὰ ἢ μάκων' ἁπαλάν VII 63 κἠγὼ τῆνο κατ' ἆμαρ ἀνήτινον ἢ ῥοδόεντα ἢ καὶ λευκοίων στέφανον III 23 εὐόδμοισι σελίνοις — VII 9 IX 39; 43 Priap. LXXX 10 Tib. I 7, 49 II 1, 35 IV 4, 1 Ov. am. I 6, 54 II 12, 16 III 2, 46 Manil. III 36 Stat. s. III 1, 28 Sil. VII 78 *etc.* huc ades — Copa 16 lilia vimineis attulit in calathis Prop. III 13, 29 referre lilia vimineos lucida per calathos I 20, 37 Colum. X 99 calathisque virentia lilia Ambros. de obitu Valent. 56 spargant alii plenis lilia calathis Coripp. Iust. IV 149 plenisque canistris lilia cana ferunt — Colum. X 300 calathis violam et nigro permixta ligustro balsama cum casia . . caltha Prud. cath. V 114 Ciris 96 Sidon. ep. IX 13, 5, 38 c. II 413 XXIV 60 Ennod. c. I 9, 148 Aen. VI 883 **47** *sq.* Ov. m. X 190 violas . . papaver Manil. V 257 pallentes violas . . liliaque et . . papavera Colum. X 101 pallet . . viola Dracont. Rom. X 116 (laud. II 452) violas pallentes Anth. lat. 775, 12 luteae violae mihi lacteumque papaver . . et suave olentia mala **48** *sq.* Theocr. XV 119 ἀνήθῳ Colum. X 120 bene odorati flores sparguntur anethi Ciris 370 (*ad v.* 11)

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala
Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat;
Addam cerea pruna (honos erit huic quoque pomo);
Et vos, o lauri, carpam et te, proxuma myrte,
Sic positae quoniam suavis miscetis odores.
Rusticus es, Corydon, nec munera curat Alexis,
Nec, si muneribus certes, concedat Iollas.
Heu, heu! quid volui misero mihi? floribus austrum
Perditus et liquidis inmisi fontibus apros.
Quem fugis, a demens? habitarunt di quoque silvas
Dardaniusque Paris. Pallas, quas condidit arces,
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia silvae.

---

53 et honos ς **56** est P_1 *R Philarg. Schol. Bern. inscr. (non Serv.)* **57** certet *R* **60—62** *ante* 28 *pos. Cartault* **61** quae *R* (*P*) **62** colant *R*

---

51 Theocr. III 6|10 Ἀμαρυλλὶ . . ἠνίδε τοι δέκα μᾶλα φέρω Calp. II 72 multa . . poma legam **52** Ov. ars II 267 aut uvas aut quas Amaryllis amabat; at nunc castaneas non amat illa nuces III 183 nec glandes, Amarylli, tuae Anth. lat. 715, 5 nolo nuces, Amarylli, tuas nec cerea pruna. rusticus haec Corydon munera magna putet Copa 19 Calp. II 82 Ser. Samm. 555 castanea(eque) nuces **53** Copa 18 cerea pruna Colum. X 404 cereolis prunisque Damasci Calp. II 91 cerea . . Cydonia Anth. lat. 715, 5 (*ad v.* 52) Ov. m. XIII 818 **54** *sq.* Theocr. epigr. IV 7 δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ Hor. c. III 4, 19 lauroque conlataque myrto Ov. tr. III 1, 45 laurus . . carpitur Nemes. I 65 lauros carpens II 49 tunc mihi cum myrto laurus spirabit odores Anth. lat. 253, 40 nunc laurus nunc myrtus **55** Colum. X 262 Sabaeum miscet odorem **56** Carm. ep. (Pompeianum) 1785 p. 823 B. rusticus est Corydon 459 Engstr. Colum. X 298 (*ad v.* 44) Calp. II 61 rusticus est fateor . . Idas Anth. lat. 715, 6 (*ad v.* 52) Ov. m. XIII 839 iam, Galatea, veni nec munera despice nostra **58** Theocr. III 24 ὤμοι ἐγών, τί πάθω, τί ὁ δύσσοος; Ennod. ep. I 13, 2 sed quaero ne forte malignorum quispiam austrum fontibus aut petulcum animal rosetis immiserit (*cfr.* g. IV 10) **59** g. II 200 Iuvenc. II 193 liquido de fonte Claud. carm. min. XII 1 fontibus in liquidis I 223 **60** Prop. II 30, 1 quo fugis, a demens? Ov. m. III 641 ex P. IV 3, 29 quid facis, (o) demens? Anth. lat. 914, 37 quid loquor, a demens? (= Ov. tr. V 10, 51) . . nec capitur missis lux mea muneribus Ciris 185 Tib. III 6, 27 (IV 13, 17) a demens Calp. III 61 quem sequeris? quem, Phylli, fugis? Aen. V 742 — VI 2 X 18 Theocr. XX 32 ἀλλ᾽ ὅτι βουκόλος ἐμμί, παρέδραμε κοὐ ποτακούει· χὠ καλὸς Διόνυσος ἐν ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει Nemes. II 72 (*ad* X 18) **61** Il. lat. 318 (PLM V 393, 64 B.) Dardanioque . . Paridi Carm. ep. 289, 3 Pallas vix conderet arcem, *cfr.* Aen. VII 61 VIII 357 (Ov. m. II 712 Il. lat. 548 Stat. Th. V 100 Palladis arces) **62** Mosch. V (= fr. I) 7 μοι . . δάσκιος εὔαδεν ὕλα Tib. IV 3, 15 placeant silvae

Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciva capella,
Te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas.
Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci,
Et sol crescentis decedens duplicat umbras;
Me tamen urit amor: quis enim modus adsit amori?
A Corydon, Corydon, quae te dementia cepit!
Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.
Quin tu aliquid saltim potius, quorum indiget usus,
Viminibus mollique paras detexere iunco?
Invenies alium, si te hic fastidit, Alexim.'

---

63 capellas *R* **69** O *R* **70** est *om. P* **71** salicum *Boot* **73** fastidat *R* fastidiat P_1 alexis P_2 ς *Sacerdos GLK VI 457, 20*

---

63 *sq*. Theocr. X 30 ἁ αἶξ τὰν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει, ἁ γέρανος τὤροτρον, ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάνημαι Ov. ars. II 481 ales habet, quod amet . . cerva parem sequitur *eqs*. Nemes. IV 26 cerva marem sequitur, taurum formosa iuvenca **64** Prud. ham. 234 lascivis . . capellis Hor. c. III 15, 12 **65** Lucr. II 258 quo ducit quemque voluntas Ov. ars I 749 curae sua cuique voluptas Prud. ham. 775 rapiens sua quemque libido Stat. s. II 2, 73 **66** *sqq*. Theocr. II 38 ἠνίδε . . ἀλλ' ἐπὶ τήνῳ πᾶσα καταίθομαι — Hor. c. III 6, 41 sol ubi montium mutaret umbras et iuga demeret bobus fatigatis epod. II 63 videre fessos vomerem inversum boves collo trahentis languido Ov. f. V 497 quo versa iugo referuntur aratra Stat. Th. XII 628 suspensis . . aratris **67** Culex 204 duplicantibus umbris **68** Theocr. II 40 (*ad v*. 66) VII 56 θερμὸς γὰρ ἔρως αὐτῶ με καταίθει — Ciris 437 amor: quid enim **69** *sqq*. Theocr. XI 72 ὦ Κύκλωψ, Κύκλωψ, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; αἴκ' ἐνθὼν ταλάρως τε πλέκοις καὶ θαλλὸν ἀμάσας ταῖς ἄρνεσσι φέροις, τάχα κα πολὺ μᾶλλον ἔχοις νῶν . . εὑρησεῖς Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν Iuv. IX 102 o Corydon, Corydon — VI 47 g. IV 488 Aen. V 465 IX 601 Ov. m. XIII 225 quae vos dementia, dixi, concitat? Cyprian. Gall. Iesu N. 215 quae te dementia cepit **70** Theocr. VII 134 ἔν τε νεοτμάτοισι . . οἰναρέαισιν X 14 τοιγάρτοι πρὸ θυρᾶν μοι ἀπὸ σπόρω ἄσκαλα πάντα Varius (? auarus *cod. Philargyrii*) trag. Rom. fr. inc. II p. 266 R[3] et frondosam et semiputatam queritur vitem Colum. X 13 frondosas . . ulmos Iuvenc. III 693 vitis mihi portio maior semiputata iacet Paulin. epigr. 6 (CSE XVI p. 503) frondosae vitis in antro **71** Paulin. Nol. XXI 571 Claud. Mar. Victor II 35 (III 15) quibus indiget usus **72** X 71 g. IV 34 (= Ps. Quint. decl. maior XIII 3) Aen. XI 65 Theocr. I 52 (*ad* X 71) Tib. II 3, 15 fiscella levi detexta est vimine iunci Nemes. II 33 nec iunco molli nec vimine lento perfeci calathos I 1 Ov. f. VI 262 Stat. Th. I 583 Claud. rapt. II 138 **73** Theocr. XI 76 (*ad v*. 69) Stat. s. II 6, 103 alium tibi fata Phileton

---

III

Menalcas Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?
Damoetas Non, verum Aegonis; nuper mihi tradidit Aegon.
M. Infelix o semper, ovis, pecus! ipse Neaeram
Dum fovet ac ne me sibi praeferat illa, veretur,
Hic alienus ovis custos bis mulget in hora,
Et sucus pecori et lac subducitur agnis.
D. Parcius ista viris tamen obicienda memento.
Novimus et qui te transversa tuentibus hircis
Et quo — set faciles nymphae risere — sacello —
M. Tum credo, cum me arbustum videre Miconis
Atque mala vitis incidere falce novellas.
D. Aut hic ad veteres fagos cum Daphnidis arcum
Fregisti et calamos; quae tu, perverse Menalca,
Et cum vidisti puero donata, dolebas
Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses.
M. Quid domini faciant, audent cum talia fures?
Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum

---

4 ille *R* **5** hicce *Victorinus GLK VI 22, 19* mulgit *P* **6** lact P_1 **7** Parcius: ista *dist. Serv.* **8** hirquis ς, *vd. Serv.* **16** facient ς

III Theocr. IV. V — **1** *sqq.* Theocr. IV 1 εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦρα Φιλώνδα; Οὔκ, ἀλλ' Αἴγωνος· βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν· Ἦ πᾴ ψε κρύβδαν τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγεις; 13 δειλαῖαί γ' αὗται· τὸν βούκολον ὡς κακὸν εὗρον VI 1 Δαμοίτας Carm. ep. 405, 1 Engstr. det mihi Damoeta Numitor. Antibuc. fr. 2 Theocr. VIII IX Μενάλκας VI Δαμοίτας **3** Hom. Od. XVII 246 αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες Augustin. confess. III 2, 4 infelix pecus **6** Ennod. c. I 9, 92 sucus subducitur **7** *sqq.* Theocr. V 41 ἁνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι αἵδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη — XX 13 ὄμμασι λοξὰ βλέποισα Val. II 154 transversa tuentem Claud. carm. min. LIII 109 aversa tuentibus **9** Augustin. civ. dei VI 1, 2 ad risum faciles (Lymphae) Dracont. Rom. II 125 faciles risere puellae Hor. c. II 8, 13 **10** Theocr. V 112 ἀλώπεκας, αἳ τὰ Μίκωνος . . ῥαγίζοντι Calp. VI 83 me, puto, vicinus Stimichon . . risere *eqs.* V 1 VI 91 Nemes. III 1 Micon **12** IX 9 Calp. VII 5 veteres fagos Sen. Phaed. 510 Pers. V 59 — Theocr. VIII, IX Δάφνις *et* Μενάλκας **13** *sqq.* Calp. IV 23 frange, puer, calamos Iuv. VII 27 frange miser calamum Theocr. V 11 τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε . . τὺ δ' ὦ κακὲ καὶ τόκ' ἐτάκευ βασκαίνων καὶ νῦν με τὰ λοίσθια γυμνὸν ἔθηκας **16** Cat. LXVI 47 quid facient crines, cum ferro talia cedant? Ov. ars III 655 quid sapiens faciet? stultus quoque munere gaudet Iuv. I 119 II 65 Sedul. hymn. I 86

Excipere insidiis multum latrante Lycisca?
Et cum clamarem 'quo nunc se proripit ille?
Tityre, coge pecus!' tu post carecta latebas.
D. An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit; et mihi Damon
Ipse fatebatur, set reddere posse negabat.
M. Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera
Iuncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?
D. Vis ergo inter nos, quid possit uterque, vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuses:
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus)
Depono; tu dic, mecum quo pignore certes.
M. De grege non ausim quicquam deponere tecum;
Est mihi namque domi pater, est iniusta noverca,
Bisque die numerant ambo pecus, alter et haedos.
Verum, id quod multo tute ipse fatebere maius,
Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam

---

26 Vincta *R* **27** stipula miserum *V* **33** infesta *Schrader* **34** alter(a) *de noverca expl. Serv. Philarg. Schol. Bern.*

---

18 Augustin. ep. 134, 2 exceptum insidiis **20** V 12 Theocr. III 2 ὁ Τίτυρος αὐτὰς (αἶγας) ἐλαύνει **22** Theocr. V 30 **23** Ov. her. XX 150 si nescis, dominum res habet ista suum XVII 198 XVIII 39 ex P. III 3, 28; 6, 8 f. V 229 Mart. IV 56, 8; 80, 2 **25** *sqq.* Theocr. V 5 τὰν ποίαν σύριγγα; τὺ γάρ ποκα, δῶλε Σιβύρτα, ἐκτάσω σύριγγα; τί δ' οὐκέτι σὺν Κορύδωνι ἀρκεῖ τοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι; — Calp. VI 22 vincere tu quemquam? *eqs.* — II 36 Nemes. I 58 iungere cera III 14 Carm. ep. 250, 3 iuncta est tibi fistula cera **26** *sq.* Calp. I 28 triviali more viator canit III 59 Nemes. IV 3 nec triviale sonans Iuv. VII 55 carmen triviale Ennod. c. I 8 praef. p. 529 H. per stridentem stipulam aliis triviale carmen adferre **28** *sqq.* Theocr. VIII 11 χρῄσδεις ὦν ἐσιδεῖν; χρῄσδεις καταθεῖναι ἄεθλον; . . . . μόσχον ἐγὼ θησῶ· τὺ δὲ θὲς ἰσομάτορα ἀμνόν. Οὐ θησῶ ποκα ἀμνόν, ἐπεὶ χαλεπὸς ὁ πατήρ μευ χἀ μάτηρ, τὰ δὲ μᾶλα ποθέσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι. Ἀλλὰ τί μαν θησεῖς; τί δὲ τὸ πλέον ἑξεῖ ὁ νικῶν; I 25 αἶγα δέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι, ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλγεται ἐς δύο πέλλας VIII 6 *sqq.* Calp. VI 19 vis igitur . . tuos . . calamos committere nostris? 28 nisi forte recusas 32 *sqq.* **30** Hor. epod. XVI 49 iniussae veniunt ad mulctra capellae **31** Theocr. XXII 70 ἦ καὶ ἄεθλον ἕτοιμον, ἐφ' ᾧ δηρισόμεθ' ἄμφω; **33** Cat. XXIII 3 et pater et noverca **34** Dracont. Rom. VIII 210 Admetus intrantes haedos numerabat et agnos **35** Prud. apoth. 674 tute ipse fatebere numen **36** *sqq.* Theocr. V 104 ἔστι δέ μοι γαυλὸς κυπαρίσσινος, ἔστι δὲ κρατήρ, ἔργον Πραξιτέλευς I 27 καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἁδέι κηρῷ . . γλυφάνοιο ποτόσδον. τῷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός, κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος· ἁ δὲ κατ' αὐτὸν

Fagina, caelatum divini opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facili super addita vitis
Diffusos hedera vestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon et — quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quae messor, quae curvos arator haberet?
Necdum illis labra admovi, set condita servo.
D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit
Et molli circum est ansas amplexus acantho
Orpheaque in medio posuit silvasque sequentis;
Necdum illis labra admovi, set condita servo.
Si ad vitulam spectas, nihil est, quod pocula laudes.
M. Numquam hodie effugies; veniam, quocumque vocaris.
Audiat haec tantum — vel qui venit: ecce Palaemon.
Efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.
D. Quin age, si quid habes; in me mora non erit ulla,
Nec quemquam fugio. Tantum, vicine Palaemon,

---

38 facilis *V Donatus apud Servium, Philarg. Schol. Bern.* fragilis *R* facli *ex* facti *P* **39** pallante *V* **41** toto V_1 **48** spectes ς

καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι· ἔντοσθεν δὲ γυνά τι θεῶν δαίδαλμα τέτυκται κτλ. Sil. VII 188 fagina . . spumarunt pocula Ov. m. VIII 669 f. V 522 **38** *sq.* Nemes. III 18 gravidis hederata fronte corymbis vitea serta plicas Claud. XXII 262 lentis vitibus intorquens hederas — g. IV 124 Culex 144 aureolos viridi pallore corymbos 405 hederaeque nitor pallente corymbo Prop. IV 7, 79 hederam . . pugnante corymbo Stat. Th. VII 653 pallentes hederae Calp. VII 9 pallente corymbo Ennod. c. II 66, 7 hederae viridis . . corymbi Nonnus XIX 128 **41** Aen. VI 850 Claud. XVII 275 radio descripserat axes **42** Hes. op. 384 ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ — Sen. Herc. O. 634 (Plin. XVIII 19, 179) curvus arator **43**–**47** Theocr. I 59 οὐδέ τί πω ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται ἄχραντον **44** Theocr. VIII 21 ἦ μάν τοι κἠγὼ σύριγγ' ἔχω **45** Theocr. I 55 παντᾷ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος (*schol.* ὑγρός τις καὶ μαλακὸς ἄκανθος) Nemes. II 5 et molli gremium compleret acantho **48** Varro r. r. III 6, 1 si ad fructum spectes **49** Naevius Eq. Tro. 13 R. numquam hodie effugies Aen. II 670 numquam omnes hodie — Aen. I 610 XII 677 Ov. her. XIII 163 venturam . . quocumque vocaris Luc. VII 815 IX 884 Calp. I 13 Val. III 670 Stat. Th. X 680 Claud. III 170 **50** Claud. XXII 383 audiat hoc — Theocr. V 61 ἀλλὰ τίς ἄμμε, τίς κρινεῖ; αἴθ' ἔνθοι ποθ' ὁ βουκόλος ὧδε Λυκώπας κτλ. VIII 25 Calp. IV 78 venit en et frater Amyntas VI 91 et venit ecce Micon 21; 28 *sqq.* Anth. lat. 687, 4 seniorque Palaemon Ennod. c. I 8 praef. p. 528, 9 H. **51** Theocr. V 22 διαείσομαι, ἔστε κ' ἀπείπῃς 44 ἀλλὰ γὰρ ἕρφ' ὧδ', ἕρπε, καὶ ὕστατα βουκολιαξῇ Calp. VI 87 efficerem, ne te quisquam tibi turpior esset **52** V 10 IX 32 Theocr. V 78 εἶα λέγ' εἴ τι λέγεις — Ov. m. XI 160 in iudice nulla mora est Stat. Th. II 549 neque in his mora **53** *sq.* Theocr. V 68 τὺ δ' ὦ φίλε μήτ' ἐμὲ Μόρσων ἐν χάριτι κρίνῃς μήτ' ὦν τύγα τοῦτον ὀνάσῃς κτλ. Nemes. I 9 vicine Timeta

Sensibus haec imis (res est non parva) reponas.
Palaemon Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba.
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos;
Nunc frondent silvae, nunc formonsissimus annus.
Incipe, Damoeta, tu deinde sequere, Menalca;
Alternis dicetis: amant alterna Camenae.
D. Ab Iove principium musae; Iovis omnia plena;
Ille colit terras; illi mea carmina curae.
M. Et me Phoebus amat; Phoebo sua semper aput me
Munera sunt, lauri et suave rubens hyacinthus.
D. Malo me Galatea petit, lasciva puella,
Et fugit ad salices et se cupit ante videri.

65 set se *Earle*

54 Hor. epod. XIV 1 imis . . sensibus Sidon. c. VII 223 sensibus imis Anth. lat. 742, 53 **56** Bion fr. XIV 17 εἴαρι πάντα κύει, πάντ' εἴαρος ἁδέα βλαστεῖ g. II 330 Colum. X 413 Dracont. laud. I 169; 574 parturit arbor Anth. lat. 235, 3 parturit omnis ager (*cfr.* g. II 330) 720, 15 **57** Ov. ars II 315 autumnum, cum formosissimus annus f. V 207 semper nitidissimus annus Colum. X 282 nunc est mollissimus annus **58** Theocr. IX 1 βουκολιάζεο Δάφνι, τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ᾠδᾶς ἄρχεο Δάφνι (?), συναψάσθω δὲ Μενάλκας Calp. IV 81 tuque prior, Corydon, tu proximus ibis, Amynta II 27 Carm. Eins. I 20 incipe, Lada, tu prior; alternus Thamyras imponet honorem **59** VII 18 Hom. Il. I 604 Μουσάων θ' αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ Od. XXIV 60 Theocr. VIII 61 δι' ἀμοιβαίων Calp. IV 79 VI 2; 73 Nemes. II 19 **60** *sqq.* Arat. Phaen. 1 ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα . . μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δέ θάλασσα Theocr. XVII 1 ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα . . Μοῖσαι (*schol.* ἐκ τοῦ Ὀρφέως [fr. 46; 123 Ab.] τὸ προοίμιον) Alcman fr. 2 ἐκ Διὸς ἀρχομένα (Terpand. fr. 1) Pind. Nem. II 3 ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμίου Cic. Arat. fr. I B. a Iove Musarum primordia Ov. m. X 148 ab Iove, Musa parens, — cedunt Iovis omnia regno — carmina nostra move f. V 111 Germanic. Phaen. 1 = Calp. IV 82 (*vd.* Aen. VII 219) ab Iove principium Avien. Arat. 1 carminis incentor mihi Iuppiter Stat. s. I praef. (Hor. s. II 6, 22) — Theocr. V 80 ταὶ Μοῖσαί με φιλεῦντι . . καὶ γάρ' ἔμ' ὡπόλλων φιλέει μέγα καὶ καλὸν αὐτῷ κριὸν ἐγὼ βόσκω Calp. II 28 me Silvanus amat . . et (at *alii codd.*) mihi Flora comas spargit **61** II 6 VIII 103 Stat. Th. III 659 si carmina curae Nemes. II 54 sunt curae (?) carmina Phoebo **62** Theocr. V 82 Calp. II 32 (*ad v.* 60) IV 89 quos et Phoebus amat, quos Iuppiter ipse tuetur Carm. Einsidl. I 16 et me . . Cynthius Anth. lat. 253, 40 nunc laurus . . habent sua munera rami **63** IV 43 Ciris 95 hyacinthi . . flores aut suave rubens narcissus Copa 19 suave rubentia mala Nemes. II 48 et dulce rubens hyacinthus Firmic. de error. VII 2 suaviter rubens amaracus **64** Theocr. V 88 βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα (*schol.* πειρᾶταί με εἰς ἔρωτα ἐπαγαγέσθαι) VI 6 βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια μάλοισιν 17 καὶ φεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει XI 19 Γαλάτεια . . μόσχω γαυροτέρα **65** Ov. m. IX 462 cupit formosa videri Maximian. I 67 et modo subridens latebras fugitiva petebat, non tamen

M. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas,
Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.
D. Parta meae Veneri sunt munera; namque notavi
Ipse locum, aeriae quo congessere palumbes.
M. Quod potui, puero silvestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi; cras altera mittam.
D. O quotiens et quae nobis Galatea locuta est!
Partem aliquam, venti, divom referatis ad auris!
M. Quid prodest, quod me ipse animo, non spernis, Amynta,
Si, dum tu sectaris apros, ego retia servo?
D. Phyllida mitte mihi: meus est natalis, Iolla;
Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.
M. Phyllida amo ante alias; nam me discedere flevit
Et longum 'formonse, vale, vale,' inquit 'Iolla.'
D. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.
M. Dulce satis umor, depulsis arbutus haedis,
Lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.

---

69 concessere ς *Beda GLK VII 285, 24* **77** vitula ς *Serv. Macr. III 2, 15 Exc. Bob. GLK V 643, 35* vitulam *R Philarg. Schol. Bern. Serv. ecl. V 75 Prisc. GLK II 424, 15, III 95, 22; 207, 5; 241, 7* **79** multum *Beda GLK VII 254, 3*

---

effugiens (*cfr.* Ov. m. IV 371 XII 484) tota latere volens, sed magis ex aliqua cupiebat parte videri **66** Theocr. V 90 κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας . . ὑπαντῶν ἐκμαίνει VII 2 Ἀμύντας = 132 Ἀμύντιχος **68** *sq.* Theocr. V 96 κἠγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν ἐκ τᾶς ἀρκεύθω καθελών· τηνεῖ γὰρ ἐφίσδει (*schol.* Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Μύνδιος, ὅτι ἡ μὲν φάσσα ὑποκυάνεον ἔχει τὴν κεφαλήν) Ov. m. XIII 833 **69** Ov. ex P. III 3, 19 aeriae tergo columbae Calp. III 76 tibi saepe palumbes . . misimus Iuvenc. I 358 aeriam . . columbam **70** *sq.* Cat. LXVIII 149 Ov. her. VIII 5 rem. 167 m. IV 684 f. V 472 (Dracont. Orest. 780) Carm. ep. 270, 2; 576 B, 1 quod potui — Theocr. III 10 ἠνίδε τοι δέκα μᾶλα φέρω· τηνῶθε καθεῖλον, ὧ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ. καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἰσῶ Nemes. II 67 geminasque palumbes nuper, quae potui, silvarum praemia, misi Auson. ep. XVII 1 p. 254 P. aurea mala, Theon, . . mittis Anth. lat. 218, 1 aurea mala mihi . . mittis *cfr.* Prop. II 34, 69 **72** *sqq.* Theocr. V 132—135 **73** Theocr. VII 93 ἐσθλά, τά που καὶ Ζηνὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα Ov. m. X 642 **74** Nemes. IV 62 quid prodest, quod me **76** Hor. c. IV 11 (Phyllis) **78** *sqq.* Theocr. V 134 ἀλλ' ἐγὼ Εὐμήδευς ἔραμαι μέγα· καὶ γὰρ . . καλόν τί με κάρτ' ἐφίλησεν VIII 72 κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα τὰς δαμάλας παρελᾶντα καλὸν καλὸν ἦμεν ἔφασκεν — Ov. m. III 501 vale, vale inquit Claud. rapt. II 234 o longumque vale Ennod. ep. II 24 vale ergo longum **80** *sqq.* Theocr. VIII 57 δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός, ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ, ἀγροτέροις δὲ λίνα, ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος 76 ἁδεῖ' ἁ φωνὰ τᾶς πόρτιος, ἁδὺ τὸ πνεῦμα κτλ. **82** Anth. lat. 908, 1 dulce sopor fessis et terris flumina siccis, dulce

D. Pollio amat nostram, quamvis est rustica, musam;
Pierides, vitulam lectori pascite vestro.
M. Pollio et ipse facit nova carmina; pascite taurum,
Iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.
D. Qui te, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet;
Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.
M. Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi,
Atque idem iungat volpes et mulgeat hircos.
D. Qui legitis flores et humi nascentia fraga,
Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.
M. Parcite, oves, nimium procedere; non bene ripae
Creditur; ipse aries etiam nunc vellera siccat.
D. Tityre, pascentes a flumine reice capellas;
Ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo.
M. Cogite oves, pueri, si lac praeceperit aestus,
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.
D. Heu heu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo!

---

84 sit ς *Serv.* **89** fluunt rivis *Anecd. Helvet. 47, 29; 85, 8* **91** mulceat *R* **92** fragra *Arusianus GLK VII 477, 31* **97** fronte *R* **98** aestas *R* **98, 99, 96, 97, 94, 95** *pos. Cartault* **100** eheu ς *Philarg. Schol. Bern. [Probi] de ult. syll. GLK IV 256, 2 Serv. A. II 69* aruo *R*

---

84 Sidon. c. IV 6 rustica Musa Coripp. Ioh. praef. 28 Musa est rustica namque mea **85** Theocr. VIII 35 βόσκοιτ' ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνάδας **86** Ennod. c. I 7, 13 pangit nova carmina Faustus Anth. lat. 671, 34 nova carmina finxit — Theocr. VIII 37 τοῦτο τὸ βουκόλιον πιαίνετε **87** = Aen. IX 629 Sen. dial. III 1, 6 taurorum cornua iactantur in vacuum et harena pulsu pedum spargitur Lucr. V 1035 (cornibus vitulus) petit Hor. s. II 1, 52 cornu taurus petit Ov. tr. IV 9, 29 spargit tamen acer harenam taurus et infesto iam pede pulsat humum Paulin. Petr. IV 481 pes spargit harenas **89** Theocr. V 125 τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνείκαι, ῥείτω χά Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι I 132 νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι Prud. ditt. 67 Cyprian. Gall. Exod. 157 Anth. lat. 658, 22 Augustin. serm. ined. I 3 mella fluunt (fluant) **91** *Otto Sprichwörter p. 379; 164* **92** Colum. X 268 quae . . flores legistis **93** VIII 71 Theocr. XV 58 ψυχρὸν ὄφιν Ov. m. XI 775 latens herba coluber Dracont. laud. II 277 angues quaeruntur in herba **94** Theocr. V 1 αἶγες ἐμαὶ . . φεύγετε 3; 100 σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ταὶ μηκάδες VIII 67 **96** *sq.* Theocr. III 3 (*ad* IX 23) IV 44 βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία V 145 αἶγες ἐμαὶ θαρσεῖτε κερούτιδες· αὔριον ὔμμε πάσας ἐγὼ λουσῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθι λίμνας (*s.* κράνας) Aen. VII 489 Sedul. V 421 omnesque in fonte lavari Prud. apoth. 687 ditt. 132 Arator I 114 (II 774) **98** Lucr. VI 1049 prius aestus ubi aeris praecepit Colum. arb. II 2 uvae quae praecipientur aestu **99** Ov. m. XV 472 ubera . . manibus pressanda capellae f. IV 769 ubera plena premam **100** Theocr. IV 20 λεπτὸς μὰν χὠ ταῦρος ὁ πυρρίχος Tib. I 4, 81 heu heu quam Marathus lento me torquet amore

Idem amor exitium pecori pecorisque magistro.
M. His certe neque amor causa est: vix ossibus haerent.
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
D. Dic, quibus in terris — et eris mihi magnus Apollo —
Tris pateat caeli spatium non amplius ulnas.
M. Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, et Phyllida solus habeto.
P. Non nostrum inter vos tantas componere lites:
Et vitula tu dignus et hic, et quisquis amores
Aut metuet dulcis aut experietur amaros.
Claudite iam rivos, pueri: sat prata biberunt.

---

101 exitium est *R* **102** His (= Hi) certe — neque a. c. e. — *Donatus Ter. eun. 269* Hisce cutes *Cartault* **107** nascuntur ς *Philarg. II Prob. GLK IV 213, 20* **108** Non: nostrum *dist. Serv.* **109** ut quis quis *Rasi* **110** Hau temnet d., haut *Ribbeck* metuet, dulcis *Wagner* haud — haud *Graser* amaros — amores *Ebert, sed vd. Rothstein Herm. XXIV 24 Leo Nachr. der Gött. Ges. d. W. 1898, 474*

---

101 II 33 g. II 529 Ov. f. IV 747 pecori . . pecorisque magistris Manil. IV 27 pecudumque magistri Calp. IV 106 pecoris dixisse magistros Prud. ditt. 30 pecoris tunc forte magistrum **102** Theocr. IV 15 τῆνας μὲν δή τοι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται τὠστία II 89 αὐτὰ δὲ λοιπὰ ὀστί᾽ ἔτ᾽ ἦς καὶ δέρμα epigr. VI 6 Gratt. 290 teneris vix artibus haeret Cyprian. Gall. Gen. 1252 vix ossibus haerent Ov. tr. IV 6, 42 **103** *ad* VIII 107 — Calp. IV 102 teneros subitus vigor excitet agnos Symm. I 48 quis oculus fascinavit destinatam quietem? **105** Cyprian. Gall. Iud. 676 ulnam plectens non amplius unam **106** Auson. Cupido 9 olim regum et puerorum nomina, flores . . Narcissus et . . Hyacinthus Claud. XXIV 348 inscripti . . nomen **107** Colum. X 37 nascantur flores (Theocr. X 28 ἁ γραπτὰ ὑάκινθος *cum scholio*) **108** Catal. IX 55 non nostrum est tantas, non inquam attingere laudes Calp. VI 89 sed non ego vobis arbiter, hoc alius possit discernere iudex Anth. lat. 733, 3 nec nostrum, fateor, tantas discernere voces — Hor. ep. I 2, 11 Anth. lat. 4, 24 componere lites Augustin. exp. ep. ad Gal. 1 **111** g. I 106 Cat. LXI 227 claudite ostia, virgines; lusimus satis Calp. II 96 primumque reclude canalem et sine iam dudum sitientes irriget hortos

IV

Sicelides Musae, paulo maiora canamus!
Non omnis arbusta iuvant humilesque myricae.
Si canimus silvas, silvae sint consule dignae.
Ultima Cumaei venit iam carminis aetas;
Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo.
Iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna;
Iam nova progenies caelo demittitur alto.
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet ac toto surget gens aurea mundo,
Casta fave Lucina, tuus iam regnat Apollo.
Teque adeo decus hoc aevi, te consule inibit,
Pollio, et incipient magni procedere menses;
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,

---

7 dimittitur *R* 8 τὸν δὲ νεωστὶ πάϊν τεχθέντα *Euseb. Constant. orat. ad sanct. coet. 19*

---

1 Mosch. III 8 Σικελικαὶ .. Μοῖσαι Sil. XIV 467 Sicelides Musae 3 Calp. IV 77 dignas cecinerunt consule silvas Theocr. XVII 9 *sqq.* 4 Luc. I 564 VIII 824 Claud. XVIII 11 Cumanae carmin(a) vatis 5 Aen. VII 44 Petr. 79 Baehr. (= Anth. lat. 469), 2 Paulin. Nol. XXII 11 maior rerum tibi nascitur ordo 6 VI 41 Sibyll. III 373 εὐνομίη γὰρ πᾶσα ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους ἠδ' εὐδικίη Calp. I 64 Saturni referet Latialia regna 42 Carm. Einsidl. II 23 Saturni rediere dies Astraeaque virgo Claud. III 51 en aurea nascitur aetas, en proles antiqua redit Sil. XVII 380 Saturnia regna Hor. c. saec. 57 Ov. m. I 149 7 Prud. cath. III 136 ecce venit nova progenies, aethere proditus alter homo Sedul. I 311 it nova progenies Venant. V 5, 110 et nova progenies reddita — g. I 23 Aen. IX 803 Lucr. VI 257; 445 demissum caelo Paulin. Nol. VI 89 dimissus ut alto .. e caelo Cyprian. Gall. Iudic. 509 caelo dimittitur, *cfr.* Aen. VIII 423 Hor. s. I 5, 103 Ov. m. I 261 Manil. I 118; 798 (IV 817) Claud. Mar. Vict. III 251 Alcim. Av. IV 227; 418 Rutil. I 9 Anth. lat. 719, 15 8 g. III 73 A. IV 50 Tib. III 4, 64 IV 4, 16 Prop. I 11, 27 II 15, 49; 20, 14 III 17, 41 Ov. her. VII 157 m. XI 251 XV 583 f. VI 379 ex P. III 6, 59 IV 8, 21; 12, 39 Manil. I 458 Val. V 507 Stat. Ach. I 8 Nemes. Cyn. 86 *al.* tu modo 9 Hesiod. op. 109 χρύσεον .. γένος μερόπων ἀνθρώπων Coripp. Iust. III 78 ferrea nunc abeunt atque aurea saecula surgunt 10 = Carm. Einsidl. II 38 11 Cat. LXIV 25 teque adeo g. I 24 — Severus (FPR p. 354) fr. 13, 10 aevi decus Luc. II 117 Claud. VII 65 XV 278 dedecus aevi 13 Tib. II 5, 15 te duce .. Sibylla — Cyprian. Gall. Iud. 382 ne qua forent sceleris vestigia tanti

Inrita perpetua solvent formidine terras.
Ille deum vitam accipiet divisque videbit
Permixtos heroas et ipse videbitur illis
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
  At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu
Errantis hederas passim cum baccare tellus
Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Ubera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet et serpens, et fallax herba veneni
Occidet; Assyrium volgo nascetur amomum.

---

17 patris *R* **18** Ac t. nulla pater primo *R* **20** fundit ς **23** *post* 20 *ponit Klouček* **25** Occ. Assyrium, v. *expl. Euseb.* 20 (τὸ τῶν Ἀσσυρίων γένος)

---

14 Sil. XIII 893 terras longa formidine solvet **16** Hes. op. 112 *sqq.* **17** Paulin. Nol. V 28 virtutes patrias XXVI 286 patriis virtutibus aemula XIX 157 superis virtutibus orbem Claud. Mar. Vict. III 734 a patria virtute Coripp. Ioh. VI 332 domuere patres propriis virtutibus orbem *cfr.* Theocr. XVII 13; 104 **18** *sqq.* g. I 125 Ov. m. I 89 *sqq.* **19** Cat. LXI 34 hedera . . errans **21** *sqq.* Sibyll. III 788 (*cfr.* Lactant. VII 24, 12) ἠδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ἐν οὔρεσιν ἄμμιγ' ἔδονται χόρτον, παρδάλιές τ' ἐρίφοις ἅμα βοσκήσονται· ἄρκτοι σὺν μόσχοις νομάδες αὐλισθήσονται· σαρκοβόρος τε λέων ἄχυρον φάγεται ἐπὶ φάτνῃ ὡς βοῦς· καὶ παῖδες μάλα νήπιοι ἐν δεσμοῖσιν ἄξουσιν . . σὺν βρέφεσίν τε δράκοντες ἅμ' ἀσπίσι κοιμήσονται κοὐκ ἀδικήσουσιν Isaias XI 6 καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ καὶ μοσχάριον καὶ ταῦρος καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται καὶ παιδίον μικρὸν ἄξει αὐτούς. καὶ βοῦς καὶ ἄρκος ἅμα βοσκηθήσονται καὶ ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται καὶ λέων ὡς βοῦς φάγονται ἄχυρα· καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρωγλῶν ἀσπίδων καὶ ἐπὶ κοίτην ἐκγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ· καὶ οὐ μὴ κακοποιήσουσιν LXV 25 Hor. epod. XVI 49 illic iniussae veniunt ad mulctra capellae, refertque tenta grex amicus ubera, nec vespertinus circumgemit ursus ovile, nec intumescit alta viperis humus Theocr. XI 12 πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τωὔλίον αὐταὶ ἀπῆνθον χλωρᾶς ἐκ βοτάνας Tib. I 3, 45 ultroque ferebant obvia securis ubera lactis oves — VII 3 IX 31 Lucr. I 259 uberibus . . distentis Hor. epod. II 46 Ov. rem. 179 capellae . . referent haedis ubera plena suis m. XIII 826 Ambros. de bell. Iud. III 6, 56 sic lacte distenta pecus ubera gerit exp. psalm. 118 XVI 23, 2 ep. XLIII 17 **22** Theocr. XXIV 86 ἔσται δὴ τοῦτ' ἆμαρ, ὁπηνίκα νεβρὸν ἐν εὐνᾷ καρχαρόδων σίνεσθαι ἰδὼν λύκος οὐκ ἐθελήσει Hor. l. l., epod. XVI 33 nec ravos timeant armenta leones Sen. Herc. O. 1056 iuxtaque impavidum pecus sedit Marmaricus leo, nec dammae trepidant lupos, et serpens latebras fugit tunc oblita veneni (Claud. rapt. II praef. 25) Dracont. laud. II 387 et nullos metuunt armenta leones Romul. I 6 reliquit . . pavor iumenta . . non lupum timebat agna, non leonem caprea Coripp. Ioh. V 443 turbantes . . armenta leones **24** Hor. epod. XVI 52 (*ad v.* 21) — Prop. III 18, 15 occidit et **25** Sil. XI 402 Stat. s. II 4, 34 Mart. VIII 77, 3 Assyrio . . amomo Claud. Mar. Vict. I 238

At simul heroum laudes et facta parentis
Iam legere et quae sit poteris cognoscere virtus,
Molli paulatim flavescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus uva,
Et durae quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,
Quae temptare Thetin ratibus, quae cingere muris
Oppida, quae iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys et altera quae vehat Argo
Delectos heroas; erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc ubi iam firmata virum te fecerit aetas,
Cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.

---

26 Ac *R* parentis ς *Serv. Philarg. Non. p. 331, 34* πατρός τε μεγίστου ἔργα (*postea* τὰς δὲ ἀρετὰς τοῦ πατρὸς) *Euseb. l. l. 20* parentum *R* **28** flavescit *R* **33** tellurem inf. sulco *R*

---

26 Hom. Il. IX (189) 524 κλέα ἀνδρῶν ἡρώων Theocr. XVI 2 Cat. LXIV 348 virtutes claraque facta Tib. I 7, 55 Ov. tr. II 168 Carm. ep. 296, 14 facta parentis Alcim. Av. I 4 facta parentum tit. Gall. XXI 17 f. parentes **27** g. I 394 IV 253 Anth. lat. 486, 123 Carm. ep. 321, 1 poteris cognoscere **28** *sqq.* Hor. epod. XVI 43 reddit ubi cererem tellus inarata quotannis et imputata floret usque vinea Ov. m. I 110 nec renovatus ager gravidis canebat aristis f. V 357 Colum. X 311 maturis flavebit messis aristis Avien. descr. 1096 campo flavescit Claud. rapt. I 188 flavescit aristis orbita Coripp. Ioh. VI 204 gignit campus aristas **29** Theocr. I 132 V 125 (*ad* III 89) Anth. lat. 775, 14 uva rubens — Ov. am. I 10, 55 (Nemes. IV 48) pendentes vitibus uvas Iuvenc. I 697 Paulin. Nol. XV 289 sentibus uvam **30** Hes. op. 232 οὔρεσι δὲ δρῦς . . φέρει . . μελίσσας Hor. epod. XVI 47 mella cava manant ex ilice Tib. I 3, 45 ipsae mella dabant quercus Ov. am III 8, 39 m. I 112 Nemes. I 76 Prud. cath. III 71 Claud. I 250 (*ad* VIII 53) Dracont. laud. I 202 nectaris aetherei sudant ex arbore mella **31** Cat. LXIV 295 veteris vestigia poenae Hilar. Gen. (CSE XXIII 239) 203 erant vestigia fraudis Prosper de ingratis 920 per veteris serpens vestigia fraudis **32** Ov. m. I 97 nondum praecipites cingebant oppida fossae am. III 8, 47 Luc. IV 224 **33** Aen. V 142 infindunt sulcos Iuvenc. IV 170 iugera laeta infindent duo depresso sub vomere sulcis **34** *sqq.* Hes. op. 161 *sqq.* Theocr. XIII 17 Αἰσονίδας, οἱ δ' αὐτῷ ἀριστῆες συνέποντο πασᾶν ἐκ πολίων προλελεγμένοι Enn. Med. 250 V. Argo quia Argivi in ea delecti viri vecti Cat. LXIV 4 Hor. epod. XVI 57 — Dracont. Romul. II 41 alter erit . . atque altera *eqs.* Manil. V 44 *sq.* **36** Aen. VI 89 alius Latio iam partus Achilles Stat. Ach. I 894 Danais tu mittis Achillem Dracont. Rom. X 333 ad Troiam post crimina misit Achillis **38** *sq.* Hes. op. 236 οὐδ' ἐπὶ νηῶν νίσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα Arat. 110 Tib. I 3, 37 Ov. m. I 94 Germanic. Phaen. 115 **39** Hor. s. I 4, 29 hic mutat merces Ov. tr. I 2, 76 Claud. XXVII 7 Cyprian. Gall. Gen. 1162 — g. II 109 Lucr. I 166 ferre omnes omnia possent (arbores) Ov. ars I 757 nec tellus eadem parit omnia

Non rastros patietur humus, non vinea falcem;
Robustus quoque iam tauris iuga solvet arator;
Nec varios discet mentiri lana colores,
Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto;
Sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos.
'Talia saecla' suis dixerunt 'currite' fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcae.
Adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
Cara deum suboles, magnum Iovis incrementum!
Aspice convexo nutantem pondere mundum
Terrasque tractusque maris caelumque profundum;
Aspice, venturo laetentur ut omnia saeclo.
O mihi tum longae maneat pars ultima vitae

41 robustis ς **45** nascentes *Bentley* **47** nemine *Tollius (cfr. carm. ep. 436, 11)* **52** laetantur *R* **53** tam ς *(Serv.?)* longe *P*

40 Cat. LXIV 39 non humilis curvis purgatur vinea rastris *sqq.* Hor. epod. XVI 43 Ov. m. I 101 **41** Lucr. V 933 VI 1253 (nec) robustus (erat) curvi moderator aratri Anth. lat. 83, 68 fessus iuga solvit arator **42** *sqq.* Lucr. IV 492 varios rerum sentire colores Ov. m. I 270 — Cyprian. Gall. Gen. 984 quo sensim lana colores dividuos raperet Ennod. c. I 4, 38 mentito . . colore — Claud. III 384 nec murice tinctis velleribus quaeretur honos, sed sponte rubebunt . . greges **43** *sqq.* III 63 Dracont. laud. II 454 rubicunda daret pretiosus vellera sandyx, lanigeras vestiret oves et muricis ostrum **44** Claud. carm. min. XXX 72 Duria . . vellere purpureo passim mutavit ovile — Ciris 317 Corycio . . luto Cyprian. Gall. Exod. 1324 Sidonio tinguntur vellera luto **46** Cat. LXIV 327 (Macr. VI 1, 41) currite ducentes subtegmina, currite, fusi 321; 382 talia praefantes . . cecinerunt Parcae Symm. or. III 9 iam dudum aureum saeculum currunt fusa Parcarum Claud. rapt. I 53 (Parcae) evolvunt saecula fusis Anth. lat. 235, 21 fila recurrite fusis Ov. tr. V 3, 25 **47** Cic. fr. 47, 2 B. fatorum numine, leto Ciris 125 concordes stabili firmarunt numine Parcae Luc. IV 194 numine fata sinistro **49** Ciris 398 cara Iovis suboles, m. I. i. Mart. VI 3, 2 vera deum suboles, nascere, magne puer Dracont. Rom. IX 124 tene, deum suboles Carm. de laud. dom. 37 incorrupta dei suboles — Curt. V 1, 42 magnorum ducum incrementa **50** Sibyll. III 675 γαῖα δὲ παγγενέτειρα σαλεύσεται ἤμασι κείνοις χειρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο . . καὶ πᾶσα θάλασσα φρίξει ὑπ' ἀθανάτοιο προσώπου Aggaeus II 6 λέγει κύριος παντοκράτωρ· Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείσω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν καὶ συνσείσω πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ πάντων τῶν ἐθνῶν Ov. ars II 263 rami pondere nutant Manil. I 539 convexo mundus Olympo Luc. II 291 pondere mundi Anth. lat. 883, 16 nutantem sub . . pondere **51** = g. IV 222 Sen. Herc. 1057 per terras tractusque maris Luc. VIII 336 terrarum totos tractus caelumque — Aen. I 58 (Manil. V 721) Val. VII 478 profundi . . caeli **53** Sibyll. III 371 ὦ μακαριστός, ἐκεῖνον ὃς ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνὴρ ἠὲ γυνή Philo de praem. et poen. 88 εἰ γὰρ ἐπιλάμψειέ ποτε τῷ βίῳ τὸ ἀγαθὸν τοῦτο καὶ δυνηθείημεν τὸν καιρὸν ἰδεῖν ἐκεῖνον —

Spiritus et quantum sat erit tua dicere facta:
Non me carminibus vincat nec Thracius Orpheus
Nec Linus, huic mater quamvis atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formonsus Apollo.
Pan etiam, Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum,
  Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem;
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe, parve puer: cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est.

---

54 *vd. ad VIII 8* **55** vincet RP_2 (ἄν με πλήξειεν *Euseb. l. l.*) **56** fuit pater *R* **57** Orphi *R* ς *Macr. V 17, 19 Prisc. GLK II 291, 5; 297, 20* **58** Pan deus ς *Donat. Ter. hec. 255* **59** arcadi(a)edicat RP_1 dicet *Macr. V 14, 6 (Euseb.?)* **60—63** *post* 25 *Kukula* mater P_1 μειδιόωσαν ὁρῶν (*sic Valesius;* μειδιᾶν *s.* μειδιόων ὡς ἂν ὁ *s.* μειδιόων ἀνορᾶν *codd.*) τὴν μητέρα κεδνὴν *Euseb. l. l. 21* **61** matris P_2 ς tulerint *(P_1?) et* tulerant ς 'abstulerint' alii *apud Servium* **62** qui (*sic voluit; codd.:* cui) non r. parentes *Quint. IX 3, 8, unde* qui .. parenti Nec d. hos *Schrader* parenti Nec d. hinc *Postgate* σοὶ δὲ γονεῖς οὐ πάμπαν ἐφημερίως ἐγέλασσαν *Euseb. l. l. 21* **63** cubile *P (R)*

Sedul. I 344 pars ultima resto Paulin. Pell. 611 manet nostrum sors ultima finem Carm. ep. 1166, 5 quod si longa tuae mansissent tempora vitae **54** VIII 8 Prop. IV 1, 71 dicere facta **55** *sqq.* Phaedr. III prol. 56 cum .. Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo Nemes. I 24 quem carmine Phoebus .. fidibus Linus aut Oeagrius *(?)* Orpheus concinerent Ennod. c. I 5, 2 Thracius Orpheus **57** Theocr. XXIV 105 Λίνος .. υἱὸς Ἀπόλλωνος — Tib. II 3, 11 Nemes. II 72 formosus Apollo Claud. XXVIII 25 Anth. lat. 672, 7 pulcher Apollo **58** Hor. s. II, 1 49 si quid se iudice certes **59** Mosch. III 55 Πανὶ φέρω τὸ μέλισμα; τάχ' ἂν καὶ κεῖνος ἐρεῖσαι τὸ στόμα δειμαίνοι, μὴ δεύτερα σεῖο φέρηται. Hor. s. I 2, 134 Fabio vel iudice vincam II 1, 49 Iuvenc. II 643 se iudice Sedul. II 8 negat se iudice **60** Mart. VI 3, 2 (*ad v.* 49) Carm. ep. 400, 2 Adtas, parve puer Hieron. ep. CVII 4, 8 patrem risibus recognoscat CXXX 16 infans parvulus et qui vix matrem risu et vultus hilaritate cognoscat Ennod. c. I 9, 95 nesciat ut natus gustu cognoscere matrem Carm. ep. 610, 7 voluit cognoscere matrem **61** Colum. X 180 longi fastidia morbi Ambros. exp. evang. Luc. II 66 matri longa fastidia exp. psalm. 118 XV 16, 1 matrem longo decem mensium fastidio Prud. cath. XI 54 fastidia *(de eadem re)* Alcim. Av. VI 173 longa decem complent fastidia menses Theocr. XXIV 1 (Ἡρακλέα δεκάμηνον) **62** Avien. descr. 1120 nascenti Baccho risit pater

V

Menalcas Cur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo,
Tu calamos inflare levis, ego dicere versus,
Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos?
Mopsus Tu maior; tibi me est aecum parere, Menalca,
Sive sub incertas zephyris motantibus umbras,
Sive antro potius succedimus. Aspice, ut antrum
Silvestris raris sparsit labrusca racemis.
Me. Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas.
Mo. Quid, si idem certet Phoebum superare canendo?
Me. Incipe, Mopse, prior, si quos aut Phyllidis ignes
Aut Alconis habes laudes aut iurgia Codri.
Incipe, pascentis servabit Tityrus haedos.
Mo. Immo haec, in viridi nuper quae cortice fagi
Carmina descripsi et modulans alterna notavi,
Experiar; tu deinde iubeto, ut certet Amyntas.

---

8 certet *P* *Rhet. lat. min. 56, 10 H.* *Arusianus GLK VII 459, 2*
15 ut *om. P* ς

V Theocr. I. V Nemes. I **1** *sqq.* VII 1 Calp. I 6 nos quoque vicinis cur non succedimus umbris? II 5 sub ulmos conveniunt **2** Theocr. VIII 4 ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν Moretum 61 calamo levi harundo Nemes. I 4 calamos inflare labello II 19 Idas calamis et versibus Alcon IV 2 calamis et versu doctus uterque Symm. VII 60, 2 nostrum est pastorales inflare calamos **3** Theocr. I 21 δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα 12 V 32 τεῖδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας **4** Hom. Il. I 259 ἀλλὰ πίθεσθ'· ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο Nemes. I 23 et parere decet iussis **5** Val. III 595 motas . . ad umbras **6** *sqq.* Calp. VI 65 si placet, antra magis vicinaque saxa petamus, saxa, quibus viridis stillanti vellere muscus dependet *eqs.* Claud. c. min. XXV 2 vitibus intexti gremio successerat antri **9** VII 22 (Theocr. I 3 VII 100) Stat. s. V 3, 11 Martemque aequare canendo **10** Ov. tr. II 537 Phyllidis hic idem (Vergilius) teneraeque Amaryllidis ignes bucolicis iuvenis luserat ante modis *(de Mopso vd. Deuticke p. 268)* **12** Theocr. I 12 λῇς . . συρίσδεν; τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ III 1 αἶγες βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει **13** Theocr. VII 50 κἠγὼ μὲν . . τοῦθ', ὅτι πρᾶν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα XVIII 47 γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται Calp. I 20 sacra descripta est pagina fago 24 alto cortice descriptos versus III 43 Nemes. I 29 Prop. I 18, 22 — Tib. I 8, 44 Ov. ars II 649 Man. I 856 viridi cortice **14** X 51 Carm. ep. 1319, 6 cantu modulans alterna

Me. Lenta salix quantum pallenti cedit olivae,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Set tu desine plura, puer; successimus antro.
Mo. Extinctum nymphae crudeli funere Daphnin
Flebant (vos coryli testes et flumina nymphis),
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida, Daphni, boves ad flumina; nulla neque amnem
Libavit quadrupes nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones
Interitum montesque feri silvaeque locuntur.
Daphnis et Armenias curru subiungere tigris
Instituit, Daphnis thiasos inducere Bacchi
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.

---

19 *versum Mopso dant vulgo* **27** gemuisse *R* **28** ferunt *P*

---

16 *sq.* Theocr. V 92 ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος (*schol.* μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρων) οὐδ' ἀνεμώνα πρὸς ῥόδα XII 3 ὅσσον — ὅσσον — τόσσον Ciris 148 pallentis . . olivae Augustin. de mor. Manich. XVI 42 in olivae foliis pallentibus — Sedul. I 46 neglectisque rosis saliuncam sumitis agri Anth. lat. 686, 4 *(s. IX?)* puniceis humilis q. s. r. **19** IX 66 Anth. lat. 687, 45 *(s. IX?)* desine plura, hiems Symm. ep. I 46, 2 plura desino **20** *sqq.* Theocr. I 64 *sqq.* — g. III 263 Aen. IV 308 (XI 53) Dracont. laud. I 472 Venant. Mart. I 180 app. VIII 1 Carm. ep. 588, 6; 1026, 1; 1143, 2; 1218, 5; 1440, 3; 1738, 3; 1820, 1 crudeli funere 1402, 3 extinctus crudeli funere natus **22** Aen. XI 59 Ov. m. IV 158 Il. lat. 840 Stat. Th. X 409 miserabile corpus Ov. m. XIII 488 Coripp. Ioh. VII 177 corpus conplexa Paulin. Petr. IV 270 cum subito exanimum nati conplexa cadaver mater adest 279 funus miserabile nati **23** g. IV 356 Carm. ep. 1141, 14 infelix mater tollit ad astra manus incusatque deos **24** *sqq.* IX 24 Theocr. I 74 IV 14 οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι (ταὶ δαμάλαι) Mosch. III 23 αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις πλαζόμεναι γοάοντι καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι Nemes. II 29 nulla meae trinis tetigerunt gramina vaccae Luciferis, nullo libarunt amne liquores **26** Ov. m. X 87 Claud. XXVI 147 (Liv. I 24, 5 Hilar. Gen. 101) graminis herbae **27** Theocr. I 71 τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο, τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα (*cfr. schol.* τινὲς αἰτιῶνται τὸν Θεόκριτον καί φασιν ἐν Σικελίᾳ λέοντα μὴ εἶναι) Ciris 135 ille etiam Poenos domitare leones et validas docuit vires mansuescere tigris **28** Theocr. VII 74 χὡς ὄρος ἀμφεπονεῖτο καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν Nemes. I 74 **29** Tib. III 6, 15 Armenias tigres . . leaenas Prop. I 9, 19 Arm. tigres Ov. m. VIII 121 XV 86 Armeniaeque tigres iracundique leones Ciris 136 (*ad v.* 27) — Manil. IV 231 libet subiungere currus **30** Theocr. XXVI 2 θιάσως . . ἄγαγον **31** Ciris 502 mollis . . intexens pluma

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,
Tu decus omne tuis. Postquam te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros atque ipse reliquit Apollo.
Grandia saepe quibus mandavimus hordea sulcis,
Infelix lolium et steriles nascuntur avenae;
Pro molli viola, pro purpureo narcisso
Carduos et spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras,
Pastores, (mandat fieri sibi talia Daphnis)
Et tumulum facite et tumulo super addite carmen:
'Daphnis ego in silvis, hinc usque ad sidera notus,
Formonsi pecoris custos, formonsior ipse.'

---

38 viola et *R* (*P_1*) purpurea *Diomedes GLK I 453, 36* **40** aras *R*

---

32 *sqq.* Theocr. XVIII 29 πιείρᾳ δ' ἅτε λᾷον (?) ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ ἢ κάπῳ κυπάρισσος . ., ὧδε καὶ . . Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος VIII 79 τᾷ δρυὶ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα, τᾷ βοὶ δ' ἁ μόσχος Mosch. III 66 — Ov. am. I 10, 55 III 7, 33 m. VIII 676 XIII 813 XV 77 Nemes. III 41 IV 48 Iuv. XI 72 Ps. Tertull. de iudicio 4 Auson. ep. XVIII 3 p. 254 P. vitibus uvae **33** Ov. ars I 360 ut seges in pingui . . humo **34** Sedul. hymn. I 47 Carm. ep. 755, 7 tu decus omne tuis Eleg. in Maec. I 18 tu decus Auson. profess. XXIV 11 p. 70 P. tam decus omne tuis Paulin. Nol. XXVIII 65 decus omne Coripp. Iust. I 149 tu decus imperii lumen — (Aen. II 34) Ov. tr. I 3, 101 Anth. lat. 558, 4 Carm. ep. 417, 6; 420, 13; 422, 8; 1409, 8 fata tulerunt **35** Hesiod. op. 197 Ov. m. I 149 — Calp. VII 22 Nemes. II 55 Pales . . Apollo **36** g. I 223 Manil. III 664 mandant et sulcis Cererem Ennod. c. I 8, 45 grandia per validos commendo semina sulcos Coripp. Iust. II 241 sulcis semina mandat **37** = g. I 154 Enn. Var. 31 V. avenam lolium crescere Ov. f. I 691 loliis . . nec sterilis culto surgat avena solo Iuvenc. III 7 at lolium infelix Calp. IV 115 malignum . . lolium nec inertibus albet avenis Laus Pis. 234 sterili . . cantasset avena Prud. ham. 215 lolium . . vacuis . . avenis Arnob. II 59 Ambros. de off. II 5, 21 Prosper de ingratis 350 Alcim. Av. III 165 nam pro triticeo lolium consurgere fructu . . vacuasque dolebis avenas **38** *sq.* Theocr. I 132 νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι, ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος XXIV 89 παλιούρου Aen. XI 69 Manil. V 257 pallentis violas et purpureos hyacinthos Petr. 131, 8, 8 ac molles violas **39** Colum. X 22 spinisque ferat paliuron acutis Prud. apoth. 56 in spinis volitabat acutis Cyprian. Gall. Gen. 121 carduus et sp. multum p. a. Sedul. I 279 carduus et sp. surgat p. a. II 28 e spinis mollis rosa surgit acutis **40** IX 19 *sq.* Hilar. de evang. (CSE XXIII 270) 9 spargit humum violis **42** Theocr. XXIII 43 χῶμα δέ μοι χῶσον (?) . . γράψον καὶ τόδε γράμμα **43** Theocr. I 120 Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων, Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων Aen. I 379 Venant. c. VI 5, 229 Martini ad sidera noti vit. Mart. praef. 33 **44** Dirae 32 formonsaeque cadent umbrae, formonsior illis ipsa cades

Me. Tale tuum carmen nobis, divine poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.
Nec calamis solum aequiperas, set voce magistrum:
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen haec quocumque modo tibi nostra vicissim
Dicemus Daphninque tuum tollemus ad astra;
Daphnin ad astra feremus: amavit nos quoque Daphnis.
Mo. An quicquam nobis tali sit munere maius?
Et puer ipse fuit cantari dignus, et ista
Iam pridem Stimichon laudavit carmina nobis.
Me. Candidus insuetum miratur limen Olympi
Sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis.
Ergo alacris silvas et cetera rura voluptas
Panaque pastoresque tenet Dryadasque puellas.
Nec lupus insidias pecori nec retia cervis
Ulla dolum meditantur; amat bonus otia Daphnis.
Ipsi laetitia voces ad sidera iactant
Intonsi montes; ipsae iam carmina rupes,

---

45 nobis carmen ς *[Probus] de ult. syll. GLK IV 233, 32* **46** lassis *R* **56** lumen *Serv. ecl. VII 5 (non II 46)* **58** alacres *R* **59** dyradesque *R* **61** modum R_1 **63** ipsa etiam *R* carmine *Peerlkamp*

Colum. X 299 formoso Nais puero formosior ipsa — Val. VI 640 pecoris custos Stat. Th. I 581 **45** *sqq.* Theocr. I 1 ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς . . ἁδὺ δὲ καὶ τὺ συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ 7 ἅδιον, ὦ ποιμήν, τὸ τεὸν μέλος ἢ τὸ καταχὲς τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ VIII 76 ἁδὺ τὸ πνεῦμα . . . 78 ἁδὺ δὲ τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοτεῖν VII 89 θεῖε Κομᾶτα Paulin. Nol. XXII 157 tunc te divinum vere memorabo poetam et quasi dulcis aquae potum tua carmina ducam Anth. lat. 908, 1 dulce sopor fessis et terris flumina siccis **47** Gratt. 522 sitim producere rivi Manil. V 534 rivo saliente Augustin. en. in psalm. 113 I 11 fons aquae salientis **49** II 38 **51** IX 29 Aen. III 158 Hor. s. II 7, 29 tollis ad astra Sil. III 164 VII 94 Carm. ep. 296, 13 **54** Nemes. I 24 namque fuit dignus senior, quem . . concinerent **55** Calp. VI 83 VII 9; 13 Stimichon **56** *sqq.* Luc. IX 12 sqq. — Hor. epod. III 9 candidum . . mirata est **57** Claud. XVII 210 sub pedibus nimbos . . calcat XVIII 173 vidit sub pedibus leges Carm. ep. 688, 16 subiectasque videt nubes et sidera caeli **59** g. I 11 Culex 115 Panes . . Dryadesque . . puellae Claud. XXVIII 199 Pana . . Dryadas Carm. ep. 369, 12 Engstr. Dryades puellae **60** Theocr. XXIV 86 (*ad* IV 22) g. III 537 Hor. epod. XV 7 dum pecori lupus . . infestus Cyprian. Gall. fr. 14 p. 211 P. nec lupus insidians — g. I 307 III 413 Ov. her. IV 41 pressisque in retia cervis ars I 45 m. VII 701 Sil. II 97 **61** Augustin. en. in psalm. 35, 2 meditatur dolos et insidias 3 — Auson. ep. XXIX 31 p. 286 P. amant longa otia culpam **62** Lucr. II 327 clamoreque montes isti reiectant voces ad sidera mundi

Ipsa sonant arbusta: 'deus, deus ille, Menalca!'
Sis bonus o felixque tuis! en quattuor aras:
Ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phoebo.
Pocula bina novo spumantia lacte quotannis
Craterasque duos statuam tibi pinguis olivi,
Et multo in primis hilarans convivia Baccho
Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra
Vina novom fundam calathis Ariusia nectar.
Cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon;
Saltantis satyros imitabitur Alphesiboeus.
Haec tibi semper erunt et cum sollemnia vota
Reddemus nymphis et cum lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.
Ut Baccho Cererique tibi sic vota quotannis
Agricolae facient; damnabis tu quoque votis.
Mo. Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?

---

66 duoque alt. *Serv. plen. Aen. III 305* **68** duos ς duo *PR Serv. plen. hic et ad VI 18 Non. 545, 29 (?)* **80** voti R_1

---

64 Aen. VI 46 Lucr. V 8 deus ille fuit, deus, inclute Memmi Hor. epod. XIV 6 deus deus Stat. Th. V 751 deus iste, deus s. IV 6, 36 Nemes. III 63 deus ille, deus Gratt. 96 deus ille **65** Aen. I 330 Paulin. Nol. XIII 31 sis bonus o felixque tuis [Anth. lat. 940, 15] — Aen. V 639 **66** Theocr. XXVI 5 ἐν καθαρῷ λειμῶνι κάμον δυοκαίδεκα βωμώς, τὼς τρεῖς τᾷ Σεμέλᾳ, τὼς ἐννέα τῷ Διονύσῳ **67** *sq.* Theocr. V 53 στασῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος ταῖς Νύμφαις, στασῶ δὲ καὶ ἁδέος ἄλλον ἐλαίω — Aen. III 66 (= Prud. apoth. 472) Val. I 260 nec valido spumantia pocula Baccho — g. II 85; 425 Iuvenc. IV 211 pingui . . olivo Claud. carm. min. XXXI 40 Cyprian. Gall. Gen. 308 Num. 116 Orientius I 119 Alcim. Av. VI 477 **68** *sqq.* Theocr. VII 63 κἠγὼ τῆνο κατ' ἆμαρ ἀνήτινον ἢ ῥοδόεντα ἢ καὶ λευκοίων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων τὸν Πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρατῆρος ἀφυξῶ πὰρ πυρὶ κεκλιμένος Sil. XI 51 exhilarare viris convivia caede **71** *sqq.* Theocr. VII 153 τοῖον νέκταρ (*schol.* διὰ τὴν ἡδονὴν τὸν οἶνον εἶπε) ἔπεισε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι **72** Theocr. VII 71 αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες, εἷς μὲν Ἀχαρνεύς, εἷς δὲ Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ Carm. ep. 459 Engstr. cantabunt mihi **74** *sq.* Paulin. Nol. XXVII 111 reduci sollemnia voto XXVIII 2 Augustin. de ord. I 8, 25 redditisque deo quotidianis votis *al.* Carm. ep. 173, 3 Engstr. solemnibus optime votis **76** *sqq.* I 60 Aen. I 607 *sqq.* Nemes. II 50 *sqq.* **77** Theocr. IV 16 μὴ πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ Hes. scut. 393 **78** = Aen. I 609 (Carm. ep. 1786) Damas. XXX 4 sanctus honor semper laudesque manebunt Coripp. Iust. I 88 aeternam famam laudemque et nomen habebis Carm. ep. 598, 1 nomina tue superos laudesque manebunt **80** Aen. I 290 **81** Coripp. Iust. II 61 quos tibi, quos

Nam neque me tantum venientis sibilus austri
Nec percussa iuvant fluctu tam litora nec quae
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
Me. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
Haec nos: 'formonsum Corydon ardebat Alexin',
Haec eadem docuit: 'cuium pecus? an Meliboei?'
Mo. At tu sume pedum, quod me cum saepe rogaret,
Non tulit Antigenes (et erat tum dignus amari)
Formonsum paribus nodis atque aere, Menalca.

85—87 *Mopso continuat*, 88 *sqq.* *Menalcae dat Deuticke* donauimus R_2 ς ecce cicuta *Schrader* **89** nunc P_1 tunc P_2 ς condignus *Voss*

---

82 *sqq.* Theocr. I 7 VIII 76 (*ad v.* 45) XI 43 (*ad* IX 43) **83** Claud. V 221 percussa Ceraunia fluctu **85** Theocr. VI 43 χώ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν **86** *sq.* II 1 III 1 **88** Theocr. VII 43 'τάν τοι' ἔφα 'κορύναν δωρύττομαι' 128 ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον . . ὤπασεν **89** Aen. II 407 VIII 256 IX 622 XII 371 Claud. rapt. II 172 Damasus IV 3 Anth. lat. 671, 110 non tulit — Theocr. VII 4 Ἀντιγένης — Carm. ep. 650, 2 dignus, set dignus amari **90** Theocr. XVII 31 τῷ δὲ σιδάρειον σκύταλον κεχαραγμένον ὄζοις (ἔδωκεν)

VI

Prima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra nec erubuit silvas habitare Thalea.
Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
Vellit et admonuit: 'pastorem, Tityre, pinguis
Pascere oportet ovis, deductum dicere carmen'.
Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant et tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor harundine musam.
Non iniussa cano. Si quis tamen haec quoque, si quis
Captus amore leget: te nostrae, Vare, myricae,
Te nemus omne canet; nec Phoebo gratior ulla est,
Quam sibi quae Vari praescripsit pagina nomen.
Pergite, Pierides. Chromis et Mnasyllos in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas ut semper Iaccho.
Serta procul, tantum capiti delapsa iacebant,

---

2 silvis *R* Thalia ς *Serv.* **5** diductum *PV* **9** in iussa *Vollmer* **10** legat ς *Prisc. GLK III 246, 5* **12** Varii P_1 **16** iacebat *PV*

VI Nemes. III **1** Anth. lat. 486, 127 prima Syracosii **2** Mart. IV 8, 12 Claud. XVI 2 XXV 2 nostra Thalia **3** *sqq.* Hor. c. IV 15 ep. II 1 Prop. II 1, 17 sqq. III 3 Ov. am. I 1, 1 II 18, 13 *sqq.* ars II 493 *sqq.* — Calp. IV 155 vellit nam saepius aurem invida paupertas et dicit: ovilia cura *Otto Sprichwörter p. 48* **4** Hom Il. XII 319 Theocr. XXV 86 πίονα μῆλα **5** Colum. X 40 Pierides . . deducite carmine Musae **6** *sq.* Prop. III 1, 15 multi, Roma, tuas laudes annalibus addent Aus. Mos. 445 *sqq.* — Hor. c. s. 76 Tib. I 3, 31 Carm. Einsidl. I 15 Paulin. Nol. XVIII 27 app. III 11 Carm. adv. Marcion. III 220 dicere laudes Ov. ars II 739 Colum. X 316 **7** Manil. V 499 condere bella Coripp. Ioh. VIII 225 tristia mittere bella **8** I 2 Nemes. I 3 gracili sub harundine carmen Auson. epigr. XXVI 13 p. 321 P. meditatur harundine carmen *cfr.* Ov. rem. 181 m. XI 154 **10** (= Hieron. Quaest. hebr. in Genes. praef. si tamen h. q. si q. c. a. leget) g. III 285 Maximian. III 5 captus amore tuo Venant. I 20, 3 captus amore tui (Auson. Mos. 390 victus amore tui = Verg. A. XII 29) **12** Ciris 40 nomen nostra . . loqueretur pagina Prud. per. X 1119 inscripta Christo pagina **13** *sqq.* Serv. plen.: 'hoc de Sileno non dicitur fictum a Vergilio, sed a Theopompo translatum' *eqs.* — Theocr. I 24 Χρόμις Calp. VI 28 *sqq.* Mnasyllus **15** Nemes. III 61 (Silenus) venas inflatus nectare dulci hesternoque gravis semper ridetur Iaccho **16** Sil. XVI 434 delapsa corona . . capiti

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.
Adgressi (nam saepe senex spe carminis ambo
Luserat) iniciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam timidisque supervenit Aegle,
Aegle, Naiadum pulcherrima, iamque videnti
Sanguineis frontem moris et tempora pingit.
Ille dolum ridens 'quo vincula nectitis?' inquit.
'Solvite me, pueri; satis est potuisse videri.
Carmina, quae voltis, cognoscite; carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit.' Simul incipit ipse.
Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus;
Nec tantum Phoebo gaudet Parnasia rupes,
Nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea.
Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque animaeque marisque fuissent
Et liquidi simul ignis; ut his exordia primis
Omnia et ipse tener mundi concreverit orbis;

---

23 inridens P_2 **30** mirantur *R* *cfr. Rhet. lat. min. p. 48, 5 H* **33** et P_1 exomnia *P* ex ordia *Nettleship cfr. Lucr. IV 32* ex omnia *Peerlkamp* **34** ipse teres *Hartman*

---

17 Sil. VII 196 dextraque pependit cantharus . . delapsa Anth. lat. 941, 41 Silenus . . cui lacer a summo pendebat cantharus armo **20** Claud. rapt. I 231 addunt se comites **21** *sqq.* Nemes. III 12 iamque videns: 'pueri, si carmina poscitis,' inquit 'ipse canam' *eqs.* **26** Calp. II 23 satis hoc mercedis habeto **27** *sqq.* g. I 11 Culex 115 ludentes Panes . . et Satyri Dryadesque . . puellae . tantum non Orpheus Hebrum . . tenuit Sidon. c. XXII 37 Faunosque docebat ludere Silenus Carm. ep. 369, 12 Engstr. ludite Fauni Lucr. II 631 ludunt in numerumque exultant IV 769 g. IV 175 A. VIII 453 Luc. II 111 Ov tr. IV 1, 10 in numerum **29** Culex 15 qua Parnasia rupes **30** Aus. Mos. 158 Rhodopen . . Ismarius collis **31** Apoll. Rhod. I 496 ἤειδεν ('Ορφεὺς) δ' ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα κτλ. Lucr. V 453 (Macr. VI 2, 22) tam magis expressere ea, quae mare, sidera, solem lunamque efficerent et magni moenia mundi . . ideo per rara foramina terrae partibus erumpens primus se sustulit aether *eqs.* I 714 *sq.* Ambros. ep. XVIII 23 mundus ipse, qui vel primum coactis elementorum per inane seminibus tenero orbe concreverat Lucr. I 1018; 1103 II 65; 105; 109 Claud. III 17 Paulin. Nol. XIX 41 (Claud. Mar. Vict. I 87 Oros. VII 35, 17) magnum per inane Aen. XII 354; 906 Lucr. II 83; 116 III 17; 27 Ov m. IV 718 VI 230 IX 223 Manil. I 553 Stat. Th. I 310 per inane — Lucr. II 1059 semina . . coacta **33** Lucr. VI 205 (Macr. VI 5, 4) liquidi . . ignis — Lucr. I 61 ex illis sunt omnia primis II 1062 V 430; 471 exordia **34** Lucr. V 495 terrae concreto corpore pondus constitit 468; 798

Tum durare solum et discludere Nerea ponto
Coeperit et rerum paulatim sumere formas;
Iamque novom terrae stupeant lucescere solem
Altius utque cadant summotis nubibus imbres;
Incipiant silvae cum primum surgere, cumque
Rara per ignaros errent animalia montis.
  Hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna
Caucasiasque refert volucres furtumque Promethei.
His adiungit, Hylan nautae quo fonte relictum
Clamassent, ut litus 'Hyla Hyla' omne sonaret;
Et fortunatam, si numquam armenta fuissent,
Pasiphaen nivei solatur amore iuvenci.
A virgo infelix, quae te dementia cepit!
Proetides inplerunt falsis mugitibus agros,
At non tam turpis pecudum tamen ulla secuta
Concubitus, quamvis collo timuisset aratrum,
Et saepe in levi quaesissent cornua fronte.
A virgo infelix, tu nunc in montibus erras;
Ille latus niveum molli fultus hyacintho

38 atque *P*ς *Serv. plen.* signibus *R* **40** ignotos *P* **41** Hic *P* Titania *Wagner* **49** secuta est *R* **50** timuissent *R* **51** quaesisset *MR*

35 Lucr. V 444 (Macr. VI 4, 11) discludere **36** Lucr. V 1263 formam . . rerum Sedul. I 353 IV 267 (mortalem) sumere formam **37** Ambros. l. l. exutae humentibus tenebris novum terrae stupuere solem Paulin. Nol. XXXII 173 ast ubi cuncta novum stupuerunt surgere solem Lucr. V 432 **38** Ov. m. XI 516 cadunt . . resolutis nubibus imbres **39** Lucr. V 823 animal prope certo tempore fudit Claud. II 6 coeperat erecta surgere fronde nemus **41** *sq.* Paulin. Nol. XXII 45 nec te ceu lapides Pyrrhae argillamve Promethei — IV 6 Saturnia regna **42** Prop. II 25, 14 Caucaseas . . aves Sen. Herc. 1209 volucres Caucasi **43** *sq.* Val. III 596 rursus Hylan et rursus Hylan per longa reclamat avia Stat. s. I 2, 199 clamatus Hylas Solin. XLII 2 Theocr. XIII 58 τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν **46** Auson. Cupido 30 Pasiphae nivei sequitur vestigia tauri Ennod. c. II, 25, 1 Pasiphae niveum linquens . . iuvencum **47**; **52** Calvus Io fr. 9 B. a virgo infelix Ciris 71; 167; 517 (Manil. V 588) virgo infelix Prud. per. XIV 124 o virgo felix (*cfr.* A. III 321) — II 69 **48** Hor. ep. II 1, 212 falsis terroribus inplet Ov. m. VII 114 locum mugitibus impleverunt Il. lat. 299 (tauri) vastis replent mugitibus auras Nemes. II 32 teneris mugitibus aera complent Carm. ep. 1141, 17 inplerunt fratres magnis mugitibus auras **51** g. IV 299 Ambros. de exc. Sat. II 128 levi cornua quaerat in fronte Culex 16 Tib. III 1, 13 Ov. hal. 3 f. V 606 tr. I 1, 8 m. XV 133; 596 German. Phaen. 175 Gratt. 489 Petr. 126, 18, 3 Sil. XIII 332 Rutil. I 230 Cyprian. Gall. Gen. 608 Paulin. Petr. IV 478 Dracont. satisf. 33 Rom. VIII 559 cornua fronte **52** II 21 Aen. III 644 — Ov. ars III 427 nemorosis montibus errant **53** Aen. XI 39 Calp. I 4 vaccae . . molle sub hirsuta latus explicuere genista Ov. m. II 865 Anth. lat. 429, 8 latus niveum

Ilice sub nigra pallentis ruminat herbas
Aut aliquam in magno sequitur grege. 'Claudite, nymphae,
Dictaeae nymphae, nemorum iam claudite saltus,
Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris
Errabunda bovis vestigia; forsitan illum
Aut herba captum viridi aut armenta secutum
Perducant aliquae stabula ad Gortyniae vaccae.'
  Tum canit Hesperidum miratam mala puellam;
Tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
Corticis atque solo proceras erigit alnos.
Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montis ut duxerit una sororum,
Utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis;
Ut Linus haec illi divino carmine pastor
Floribus atque apio crinis ornatus amaro
Dixerit: 'hos tibi dant calamos, en accipe, Musae,
Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo,
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.'
  Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est

---

54 herbis *R* **55** nympha *M* **61** capit M_1 **62** amaro *R* **63** eligit M_1 **64—73** *post* 81 *Scaliger* **65** Aonias *R* dixerit *MR* **66** Ut puero *Aldhelm. de metr. p. 93, 31 E.* **73** Nec RP_2 **74** ut *R* aut quam ς *Serv. p. 80, 2 Prob.*

---

54 Hor. c. IV 4, 57 ilex . . nigrae frondis Sen. Thy. 654 nigra ilice — Ov. am. III 5, 17 ruminat herbas Arnob. V 23 ruminigantem pallentis herbas Pacianus par. 9 pallentium ruminator herbarum **58** Cat. LXIV 113 errabunda regens . . vestigia **61** Schol. Theocr. III 40 (Ἱππομένης) ἔχων παρὰ τῆς θεᾶς ⟨παραγενομένης⟩ τῷ δρόμῳ μῆλα χρυσᾶ ⟨ἐκ⟩ τοῦ τῶν Ἑσπερίδων κήπου κτλ. (*cfr.* Prob. *ad hunc l.* Catal. IX 25) **62** *sq.* Paulin. Nol. XXVII 283 amara super viridi cute cortex Ps. Hieron. ep. CXLIX 1 (Migne XXII 1220) radicum amarum corticem **64** *sqq.* Hes. theog. 1 Μουσάων Ἑλικωνιάδων . . αἵ θ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε . . καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Περμησσοῖο κτλ. Nicander Ther. 12 Ἀσκραῖος μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησσοῖο (Anthol. Pal. VII 42 Enn. ann. I) — Prop. II 10, 25 nondum etenim Ascraeos norunt mea carmina fontes, sed modo Permessi flumine lavit Amor Claud. carm. min. XXX 8 fons Aganippea Permessius . . unda **66** Catal. IV 7 Hor. c. s. 75 Stat. s. V 3, 56 Phoebi chorus **67** Cat. LXIV 321 divino fuderunt carmine 383 Calp. I 32 **68** Colum. X 371 atque apio **70** Ov. ars II 4 Sil. XII 413 Ascraeo . . seni Stat. s. V 3, 26; 151 — Symm. I, 53, 2 pastor Hesiodus, quem poetica lauru Camenalis familia coronavit **73** Callim. in Del. 269 οὐδέ τις ἄλλη γαιάων τοσσόνδε θεῷ πεφιλήσεται ἄλλῳ **74** *sqq.* Aen. IV 595 Damas. LIII 1 = Carm. ep. 670, 1 quid loquar aut Prud. ham. 229 perist. I 112 quid loquar — Ciris 58 quam saepe legamus Ulixi candida s. l. i. m. D. v. r. et g. in a. deprensos nautas c. l. m.

Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates et gurgite in alto
A! timidos nautas canibus lacerasse marinis;
Aut ut mutatos Terei narraverit artus,
Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit,
Quo cursu deserta petiverit et quibus ante
Infelix sua tecta super volitaverit alis?
   Omnia, quae Phoebo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas iussitque ediscere lauros,
Ille canit (pulsae referunt ad sidera valles),
Cogere donec oves stabulis numerumque referri
Iussit et invito processit Vesper Olympo.

---

78 narraverat actus *R* **80** alte *Ribbeck* **81** supra *R* ales M_2*R* **82** quodam *M* **83** audit *R* laurus *M* **85** referre M_1 P_1 *R* *Serv. plen. Schol. Bern. Non. 381, 20 Arusianus GLK VII 459, 15*

---

75 Prop. IV 4, 39 Scyllam . . candidaque in saevos inguina versa canes Lucr. V 892 Cic. Verr. V 56, 146 Culex 331 Tib. III 4, 89 Ov. am. III 12, 22 ars I 332 ex P. IV 10, 25 Hieron. ep. 130, 7 — Ov. m. XIV 60 Stat. s. III 2, 36 inguina monstris **76** Ov. Ibis 384 Dulichiae . . rati — Aen. VII 704 Carm. ep. 250, 6 gurgite non alto **77** Albinov. Pedo (FPR p. 351) 10 feris . . marinis . . laniandos **78** Ciris 482 mutavit virginis artus 198; 494 Culex 128 mutaverat artus **79** Claud. I 151 dapibusve paratis Prud. cath. X 71 **80** Stat. s. III 5, 58 non sic Philomela penates circuit amplectens — Sen. Phaedr. 777 quid deserta petis? Paulin. Nol. XV 125 petiit deserta locorum 321 Alcim. Av. tit. Gall. I 11 Cyprian. Gall. Exod. 407 Claud. XXI 355 **81** Ciris 51 caeruleis sua tecta s. v. a. Hor. s. II 1, 58 Ov. m. XIV 507 circumvolat alis Ov. tr. II 171 f. VI 527 ars II 19 Tib. II 2, 17 Manil. V 367; 489; 593 Aegritudo Perdic. 38 (philomela) **82** g. I 167 Lucr. II 321; 1033 VI 612 Manil. I 260; 276 omnia quae **84** *sqq.* Nemes. II 88 sic pueri Donacen toto sub sole canebant, frigidus e silvis donec descendere suasit Hesperus et stabulis pastos inducere tauros III 66 haec Pan Maenalia pueros in valle docebat, sparsas donec oves campo conducere in unum nox iubet **85** *sq.* g. IV 434 *sqq.* **86** Aen. I 374 VIII 280 Cat. LXII 1 Sil. XVI 38 Vesper Olympo Culex 203 piger . . procedit Vesper ab Oeta Iuvenc. III 225 ruber astrifero procedit Vesper Olympo Claud. rapt. II 361 processerat Hesperus orbi

VII

Meliboeus Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,
Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum,
Thyrsis ovis, Corydon distentas lacte capellas,
Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares et respondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerraverat; atque ego Daphnim
Aspicio. Ille ubi me contra videt, 'ocius' inquit,
'Huc ades, o Meliboee; caper tibi salvos et haedi;
Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra.
Huc ipsi potum venient per prata iuvenci;
Hic viridis tenera praetexit harundine ripas
Mincius eque sacra resonant examina quercu.'
Quid facerem? neque ego Alcippen nec Phyllida habebam,

VII Theocr. VIII **1** *sqq.* Theocr. VI 1 Δαμοίτας χὡ Δάφνις ὁ βουκόλος εἰς ἕνα χῶρον τὰν ἀγέλαν ποκ' συνάγαγον VIII 1 Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βουκολέοντι μᾶλα νέμων . . κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας· ἄμφω τώγ' ἤστην πυρροτρίχω, ἄμφω ἀνήβω κτλ. (*ad* V 2) Calp. V 1 forte Micon senior Canthusque, Miconis alumnus, torrentem patula vitabant ilice solem (*fere* = Nemes. III 1) II 1 *sqq.* Nemes. III 67 (*ad* VI 84) Theocr. I Θύρσις **3** IV 21 Culex 76 rorantes lacte capellae **4** *sq.* Theocr. l. l. g. IV 342 Calp. II 3 formosus uterque nec impar voce sonans Nemes. II 16 ambo aevo cantuque pares, nec dispare forma, ambo IV 1 Lycidas . . et Mopsus . . pastores, calamis et versu doctus uterque — Il. lat. 247 florentes aetate viri Tac. h. II 81 florens aetate formaque Carm. ep. 362, 3 — Hilar. Gen. (CSE XXIII 239) 197 pueri cantare parati Dracont. Rom. VI 42 laudare volens, cantare paratus Anth. lat. 199, 13 respondere paratus **6** Ov. am. I 15, 37 metuentem frigora myrtum — Calp. III 1 numquid in hac, Lycida, vidisti forte iuvencam valle meam? *eqs.* **7** Theocr. VIII 49 ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ Ov. ars I 522 virque paterque gregis Manil. V 32 vir gregis Anth. lat. 893, 81 taurus, solidi vir gregis et pater (*cfr.* Lydia 28) **8** Ov. m. VII 587 templa vides contra Luc. IX 947 Val. VIII 62 **9** II 45 — Anth. lat. 893, 99 en tibi Tityrus salvo laetus agit grege **10** *sqq.* Theocr. V 44 *sqq.* (*vd. ad v.* 13) — Copa 31 = Nemes. IV 46 pampinea . . requiesce sub umbra Maximian. II 47 sub qua consuevit requiescere, diligit umbram Coripp. pan. Anast. 22 requiescere fecit in umbra **12** g. III 15 Aen. VI 5 Sen. ep. 89, 21 ripas aedificia praetexant Aus. Mos. 45 ripam praetexeris ulvis **13** Theocr. I 107 V 46 ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι Hes. op. 233 Carm. de laud. dom. 75 mille examina resonare **14** I 40 — Theocr. V 132 'Αλκίππας

Depulsos a lacte domi quae clauderet agnos,
Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Coepere; alternos musae meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
Corydon Nymphae, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen
Quale meo Codro concedite (proxima Phoebi
Versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.
Thyrsis Pastores, hedera crescentem ornate poetam,
Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro;
Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
C. Saetosi caput hoc apri tibi, Delia, parvos

---

15 cl. hedos M_1 **16** Set *Ribbeck* **18** ambos M_1 **19** volebam ς *(M? Serv.)* **22** Phoebo *V* **23** possimus M_1 P_1 **25** crescentem *P*M_2 *Serv. ecl. IV 19 Philarg. Schol. Bern. Acro Hor. c. I 1, 29* nascente *M* —tem *V Serv.* **27** laudauit ς *(V?)* **29** 'capri multi' *Serv. plen.*

---

15 g. III 187 Hor. c. IV 4, 14 matris ab ubere iam lacte depulsum leonem Prud. per. X 663 lacte depulsum — Ov. med. f. 15 claudebat, quos filia paverat, agnos **16** Hor. c. III 20, 7 grande certamen Calp. II 9 et magnum certamen erat sub iudice Thyrsi Anth. lat. 286, 11 nec mediocre fuit, magni certaminis instar 687, 8 *(s. IX?)* his certamen erat . . grande **17** Theocr. XI 11 ἁγεῖτο δὲ πάντα πάρεργα Hor. s. I 1, 27 ep. II 3, 226 seria ludo Aus. Mos. 206 sua seria ludo posthabet Venant. c. VI 10, 27 ast ego posthabeo affectu mea seria vestro **18** *sqq.* Theocr. VIII 29 χοὶ μὲν παῖδες ἄειδον . . πρᾶτος δ' ὦν ἄειδε . . Μενάλκας, εἶτα δ' ἀμοιβαίαν ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδὰν βουκολικάν 61 ταῦτα μὲν ὦν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν IX 14 οὑτῶς Δάφνις ἄεισεν ἐμίν, οὑτῶς δὲ Μενάλκας **19** III 59 **21** Theocr. VII 148 Νύμφαι Κασταλίδες IX 28 βουκολικαὶ Μοῖσαι . . φαίνετε δ' ᾠδάς 32 ἐμὶν δ' ἁ Μοῖσα καὶ ᾠδά (φίλα) **22** Aen. VI 662 Theocr. I 3 (*ad* V 45) VII 99 Ἄριστις . . ὃν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδειν Φοῖβος . . μεγαίροι Sil. XIII 538 nec dedignanda parenti carmina fuderunt Phoebo **23** VIII 63 Hom. Il. XIII 729 ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι Varro r. r. II 1, 2 nemo enim omnia potest scire **24** Calp. VII 12 arguta . . certare cicuta Tib. II 5, 29 pendebat . . garrula . . fistula sacra deo Nemes. I 14 dependet fistula Fauno III 5 ex tereti pendebat fistula ramo Theocr. epigr. II **26** Cat. XI 20 ilia rumpens Mart. IX 97, 1 rumpitur invidia Prud. psych. 597 ilia rumpit anhela Ov. rem. 389 Calp. VI 79 **28** Theocr. VI 39 ὡς μὴ βασκανθῶ Cat. VII 12 mala fascinare lingua **29** *sqq.* Theocr. X 32 αἴθε μοι ἦς, ὅσσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι, χρύσεοι ἀμφότεροί κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ . . ἔχοισα . . σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας Stat. Th. II 727 *sqq.*

Et ramosa Micon vivacis cornua cervi.
Si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota
Puniceo stabis suras evincta cothurno.
T. Sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu,
Si fetura gregem suppleverit, aureus esto.
C. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae,
Candidior cycnis, hedera formosior alba,
Cum primum pasti repetant praesepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
T. Immo ego Sardoniis videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, proiecta vilior alga,

---

41 videor P_1

---

30 III 10 — Phaedr. I 12, 5 ramosa . . cornua CIL XI 258, 17 ramosi in cornua cervi Ov. m. III 194 med. f. 59 Sen. Oed. 752 vivaci(s) cornua cerv(i) m. VII 273 vivacisque iecur cervi Aen. X 725 Ov. m. X 538 XII 267 Luc. IX 921 Sil. III 39 (ramos superantia) Mart. XIII 94, 1 Claud. XXII 353 Dracont. laud. I 639 Coripp. Ioh. IV 385 cornua cerv(i) **31** Aen. VI 871 Hor. s. II 6, 5 propria haec mihi munera faxis — Culex 397 levi de marmore Aus. Mos. 363 per levia marmora **32** Aen. I 337 purpureo . . suras vincire cothurno V 269 Liv. Andron. 29 Ribb. (= Laevius p. 289, 11ᵃ Baehr.) purpureo suras include cothurno Val. I 384 puniceo cui circumfusa cothurno Nemes. Cyn. 90 puniceis aptentur crura cothurnis Coripp. Iust. II 104 purpureo surae . . cothurno Anth. lat. 941, 18 purpureas croceo s. e. c. **33** Theocr. V 58 στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος Prud. c. Symm. I 113 sinum lactis et haec votorum liba quotannis **34** Tib. I 1, 19 pauperis agri custodes (lares) Priap. XXIV 1 custodem fecundi vilicus horti LXXXV Bue. (= II p. 127 Vo.), 4 hortulumque pauperis tuor Gratt. 46 pauper rigui custos . . horti Paulin. Nol. XVI 286 pauperis horti possessor Sedul. praef. 15 de paupere carpsimus horto **35** *sq.* Sil. VII 82 hoc tibi, diva, interea velamen erit; si pellere . . nubem dabis, omnis in auro . . fulgebit gemma corona Auson. epigr. 29 p. 322 P. nunc te marmoreum pro sumptu fecimus; at cum Augustus frater remeaverit, aureus esto Carm. ep. 1086, 9 aureum hoc tot[um fecissem, nunc monumentum] de mea pauperie feci uti [potui] — Theocr. X 33 (*ad v.* 29) **37** *sq.* IX 39 Theocr. XI 19 ὦ λευκὰ Γαλάτεια . . λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλώτερα ἀρνὸς . . φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς VIII 83 κρέσσον . . ἢ μέλι λείχειν Ov. m. XIII 789 candidior folio nivei, Galatea, ligustri . . dulcior uva . . formosior horto *eqs.* Mart. I 115, 2 candidior puella cygno **40** Theocr. XI 42 ἀλλ' ἀφίκευ τὺ ποθ' ἁμέ 63 ἐξένθοις, Γαλάτεια Ov. m. XIII 839 iam, Galatea, veni Anth. lat. 686, 25 *(s. IX?)* si qua tuae nunc matris habet te cura, faveto **41** Nemes. IV 53 Sardorum gramina Dracont. Rom. VII 47 Sardoas . . herbas Ser. Samm. 427 Salvian. gub. dei VII 1, 6 — Calvus Io fr. 9 (Ov. m. I 632) herbis pasceris amaris **42** Colum. X 374 horrida rusco — Hor. s. II 5, 8 vilior alga Prud. per. X 245 in algis vilibus

Si mihi non haec lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuvenci.
C. Muscosi fontes et somno mollior herba,
Et quae vos rara viridis tegit arbutus umbra,
Solstitium pecori defendite: iam venit aestas
Torrida, iam lento turgent in palmite gemmae.
T. Hic focus et taedae pingues, hic plurimus ignis
Semper et adsidua postes fuligine nigri;
Hic tantum Boreae curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas.
C. Stant et iuniperi et castaneae hirsutae;
Strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma;
Omnia nunc rident: at si formonsus Alexis
Montibus his abeat, videas et flumina sicca.
T. Aret ager; vitio moriens sitit aeris herba;
Liber pampineas invidit collibus umbras:

---

48 lento *PM₂* *(Serv.)* laeto *M₁* ς **51** hinc ς *(Serv.)* **52** ripa *M₁P* **54** quaque ς **56** aberit *P*

---

43 Theocr. XII 2 οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν Anth. Pal. XII 171, 3 Hor. c. IV 5, 11 spatio longius annuo Ov. her. XVIII 25 spatium mihi longius anno XI 29 Anth. lat. 198, 74 mihi nam lux amplior illa est **44** X 77 Tib. III 1, 17 ite domum 6, 7 ite . . ite — Val. Max. II 9, 1 (Prop. I 9, 33 Mart. II 37, 10 Iuv. III 154) si quis est pudor **45—60** *cfr.* Theocr. VIII 33 *sqq.* — Theocr. V 50 εἴρια . . ὕπνω μαλακώτερα XV 125 τάπητες . . μαλακώτεροι ὕπνω **46** Hor. c. I 1, 21 viridi sub arbuto **47** *sq.* Stat. s. III 1, 70 patula defendimus arbore sole — Symm. IX 83, 1 torridae aestatis Paulin. Nol. XVI 202 torrida solibus aestas Alcim. Av. I 236 nec torrida ferveat aestas — Claud. XIV 20 lento premitur palmite populus Cyprian. Gall. Iud. 545 laeto cum palmite vites Ennod. c. I 3, 5 vestitus gemmis . . palmes **49** Theocr. XI 51 ἐντὶ δρυὸς ξύλα μοι καὶ ὑπὸ σποδῷ ἀκάματον πῦρ Manil. IV 758 cui plurimus ignis Anth. lat. 213, 10 *sq.* **51** *sq.* Theocr. IX 12 τῶ δὲ θέρευς φρύγοντος ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω, ὅσσον 20 ἔχω δέ τοι οὐδ' ὅσον ὤραν χείματος ἢ νωδὸς καρύων ἀμύλοιο παρόντος **52** Ov. m. II 241 Manil. IV 417 Avien. Ar. 1581 flumina rip(a)s **53** Anth. lat. 218, 2; 715, 4 hirsutae munera castaneae **54** Lucr. I 1022 ordine se suo quaeque . . mente locarunt Calp. II 72 multa sub arbore nostra poma **55** *sq.* Theocr. VIII 41 παντᾷ ἔαρ, παντᾷ δὲ νομοί, παντᾷ δὲ γάλακτος οὔθατα πλήθουσιν . . ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ, χὡ τὰς βῶς βόσκων χαἰ βόες αὐοτέραι 47 ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ, χὡ ποιμὴν ξηρὸς τηνόθι χαἰ βοτάναι Anth. lat. 577, 1 vere omnia rident **57** Calp. III 51 te sine, vae misero, mihi lilia nigra videntur (= Nemes. II 44) nec sapiunt fontes . . at si tu venias *eqs.* — Ov. m. V 482 segetes moriuntur in herbis Sen. n. q. VII 23, 3 Prud. c. Symm. II 977 aeris vitio **58** Copa 31 Nemes. IV 46 (*ad v.* 10) Hilar. Genes. 107 pampineas celsis texebat collibus umbras Dracont. Rom. VI 67 Liber pampineis

Phyllidis adventu nostrae nemus omne virebit,
Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri.
C. Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho,
Formonsae myrtus Veneri, sua laurea Phoebo;
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos nec laurea Phoebi.
T. Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluviis, abies in montibus altis:
Saepius at si me, Lycida formonse, revisas,
Fraxinus in silvis cedat tibi, pinus in hortis.
M. Haec memini et victum frustra contendere Thyrsim.
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

---

64 vincet Veneris *Serv. plen.* **65** '*prius* populus in fl., *dein* fraxinus in s.' *Serv. plen.* **67** ac M_1 **68** cedet *P Schol. Bern.*

---

59 Auson. technop. 96 p. 164 P. nemus omne viret Venant. c. IX 3, 8 viret o. n. Coripp. Iust. I 323 n. o. virescit **60** g. II 326 Theocr. IV 43 χὠ Ζεὺς . . ἄλλοκα δ' ὕει Colum. X 204 maximus ipse deum . . in sinus matris violento depluit imbre Hilar. Gen. 176 intempestivus descendere nubibus imber **61** Theocr. II 121 λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος — Colum. X 235 **62** Theocr. III 46 τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν epigr. I 3 δάφναι τίν, Πύθιε Παιάν **63** Calp. III 32 Mopsum tua Phyllis amabit **65** *sqq.* Theocr. XVIII 29 *sqq.* (*vd. ad* V 32) **66** *sq.* Theocr. VII 136 αἴγειροι πτελέαι τε, τὸ δ' ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ 13 *etc.* Λυκίδας — I 83 Lucr. IV 1020 V 492; 663 VI 735 Hor. epod. X 7 XVI 47 montibus altis **70** Theocr. VIII 92 κἠκ τούτω πρᾶτος παρὰ ποιμέσι Δάφνις ἔγεντο

VIII

Pastorum musam Damonis et Alphesiboei,
Immemor herbarum quos est mirata iuvenca
Certantis, quorum stupefactae carmine lynces
Et mutata suos requierunt flumina cursus,
Damonis musam dicemus et Alphesiboei.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timavi,
Sive oram Illyrici legis aequoris, — en erit umquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium, tibi desinam. Accipe iussis
Carmina coepta tuis atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere laurus.
Frigida vix caelo noctis decesserat umbra,
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba:
Incumbens tereti Damon sic coepit olivae.

---

7 et M_1 **8** (*cfr.* IV 54) quondam tua dicere facta tempus erit *Prisc. GLK III 82, 15* **11** desinet *M ς Schol. Bern. Sidon. ep. VII 18, 1* in te desinam *Ladewig* **13** lauros *MP*

---

1 Theocr. I II Nemes. IV **2** g. III 498 Calp. II 10 *sqq.* 18 neglectaque pascua tauri calcabant IV 66 (vates) cui saepe canenti adlusere ferae Cyprian. Gall. Iud. 280 haedulus . . errabat nescius herbae Anth. lat. 893, 65 graminis immemor . . bucula **4** Calvus Io fr. 13 B. sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus Ciris 233 quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus Tib. IV 1, 125 nec adsuetos egerunt flumina cursus Calp. II 15 et tenuere suos properantia flumina cursus **6** *sq.* Claud. VII 119 Illyrici legitur plaga litoris . . Phrygii numerantur stagna Timavi **7** I 67 Sil. XVI 91 en umquam lucebit in orbe ille dies, quo te . . aspiciam? **10** Ov. am. I 15, 15 Mart. (III 20, 7) V 30, 1 Sophocleo . . cothurno Hor. c. II 1, 12 Prop. II 34, 41 Iuv. VI 636 **11** Hom. Il. IX 97 ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι Theocr. XVII 1 ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ ἐς Δία λήγετε κτλ. Theogn. 1 *sq.* Ambros. exp. evang. Lucae X 48 a te principium, in te finis Alcim. Av. VI 80 a me principium, tibi pervenit Claud. Mar. Vict. prec. 22 a te principium Paulin. Pell. 595 opus hoc abs te, deus, orsus nunc quoque concludens tibi desino Hor. ep. I 1, 1 **12** *sq.* Nemes. I 81 coeptum . . carmen Laus Pis. 1 Carm. ep. 1388, 3 — Sil. XVI 122 serpentis tempora circum Firmic. de err. VII 2 Claud. rapt. II 111 hederae serpunt — Tib. I 7, 7 Cons. ad Liv. 206 Mart. IX 35, 6 victrices lauros **15** g. III 326 (IV 402) Calp. V 52 *sqq.* **16** Theocr. III 38 ᾀσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὧδ' ἀποκλινθείς

D. 'Nascere praeque diem veniens age, Lucifer, almum,
Coniugis indigno Nysae deceptus amore
Dum queror et divos, quamquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen adloquor hora.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Maenalus argutumque nemus pinosque loquentis
Semper habet, semper pastorum ille audit amores
Panaque, qui primus calamos non passus inertis.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Mopso Nysa datur: quid non speremus amantes?
Iungentur iam grypes equis, aevoque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula dammae.
Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor.
Sparge, marite, nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
O digno coniuncta viro, dum despicis omnes,
Dumque tibi est odio mea fistula dumque capellae
Hirsutumque supercilium promissaque barba,

---

20 adloquar M_1P_2 **22** pinus P_1 **24** primum *M* **28** timidi P_2V ς *Quint. IX 3, 6 Charis. GLK I 269, 2 Serv. hic g. I 183 Aen. VIII 641 Philarg. Schol. Bern. hic et g. I 183 Acro Hor. c. I 2, 9 Prisc. GLK II 144, 16 Anecd. Helv. 96, 35* timid(a)e *MP*ς *Serv. Aen. V 122 Post 28 versum intercalarem* (incipe *etc.*) *add.* ς **30** hesperos hoeta P **34** demissa *P (Serv.?)* prolixa ς

---

17 Boeth. cons. IV c. 6, 15 **18** Val. III 22 deceptus amore **19** *sq.* = Ciris 405 *sq.* — Cat. LXIV 191 fidem postrema comprecer hora **21** Theocr. I 64 ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς Claud. carm. min. XXV 36 Maenaliosque modos **22** Theocr. I 1 ἁ πίτυς .. μελίσδεται Mosch. fr. I 8 ἁ πίτυς ᾄδει Nemes. I 30 garrula pinus Cat. IV 12 **24** II 32 Theocr. I 123 ὦ Πάν, Πάν .. εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον — g. I 124 Nemes. I 60 nec segnem passus nobis marcere iuventam **26** Calp. III 91 Phyllida Mopsus habet — Iuv. VI 41 quid fieri non posse putes, si iungitur Reposian. (Anth. lat. 253) 144 quid speret mortalis amor? Claud. Max. Vict. II 307 quid non sperare queamus! Anth. lat. 390, 21 iungatur nunc cerva asino *eqs.* 729, 7 **27** Theocr. I 132 (*ad v.* 52); 135 καὶ τὰς κύνας ὤλαφος ἕλκοι Hor. c. I 33, 8 iungentur capreae lupis epod. XVI 31 **28** Claud. rapt. II praef. 27 concordes varia ludunt cum tigride dammae Sen. Phaedr. 572 — g. III 539 Hor. c. I 2, 11 pavidae .. dammae — Iuvenc. II 264 greges ad pocula duxit Cyprian. Gall. Gen. 943 urgebat .. ad pocula nota bidentes **30** Cat. LXI 127 da nuces pueris, iners concubine — Cat. LXII 7 Oetaeos ostendit noctifer ignes Culex 203 (*ad* VI 86) Ciris 350 Sen. Herc. 132 **32** Lucr. V 1012 mulier coniuncta viro Carm. ep. 1283, 3 eximio coniuncta viro 1347 A, 18 digno iuncta viro 1508, 3 Claud. X 276 o digno nectenda viro — Cyprian. Gall. Levit. 155 dum despicis omnes **34** Theocr. III 7 ἦ ῥά με μισεῖς; ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι .. καὶ προγένειος; (*schol.* προγ.: ὁ πολλὰς καθειμένας τρίχας

Nec curare deum credis mortalia quemquam.
  Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Saepibus in nostris parvam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab undecimo tum me iam acceperat annus;
Iam fragilis poteram ab terra contingere ramos.
Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!
  Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Nunc scio, quid sit Amor. Duris in cotibus illum
Aut Tmaros aut Rhodope aut extremi Garamantes
Nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt.
  Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Saevos Amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus. Crudelis tu quoque mater.

---

43 nudis in P_1 ς **44** autmaros *M* Ismarus ς *(Serv.) Philarg.*

ἔχων τοῦ πώγονος) XI 30 γινώσκω . . τίνος οὕνεκα φεύγεις· οὕνεκά μοι λασία μὲν ὀφρύς Hieron. contra Ioh. Hierosol. 26 (Migne XXIII 378) viris hirsutum supercilium, barba prolixa **35** Aen. IV 520 Ennius sc. fr. 316 V. eos (deos) non curare opinor, quid agat humanum genus Accius 142 R. neque deum supremus rex curat hominibus Luc. VII 454 mortalia nulli sunt curata deo Cic. div. II 104 *al.* **37** *sq.* Theocr. XI 25 ἠράσθην μὲν ἔγωγε τεοῦς, κόρα, ἁνίκα πρᾶτον ἦνθες ἐμᾷ σὺν ματρὶ θέλοισ' ὑακίνθινα φύλλα ἐξ ὄρεος δρέψασθαι· ἐγὼ δ' ὁδὸν ἁγεμόνευον Claud. carm. min. XXV 14 roscida . . mala legunt Nemes. II 4 *sqq.* **39** PLM V p. 373, 10 B. alter ab undecimo Paulin. Pell. 12 altera ab undecima annorum . . meorum Drac. Orest. 572 donec ab undecimis me aetas eximeret annis Carm. ep. 420, 11 [terti]us a decimo cum me produceret annus 1404, 13 quintus ab undecimo quem nunc susceperat annus 1560 B, 5 octavus decimus vix te susceperat annus **40** Cyprian. Gall. Gen. 81 Sedul. I 98 Coripp. paneg. Anast. 2 p. 163 P. contingere ramos **41** Hom. Il. XIV 294 ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν Theocr. II 82 χὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μοι περὶ θυμὸς ἰάφθη III 42 ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα Ciris 430 ut v. ut p., ut me m. a. e. Ov. her. XII 33 et vidi et perii Ov. tr. I 2, 99 II 109 si (qua) me meus abstulit error Cyprian. app. VI 344 (III p. 322 H.) malus seduxit protinus error Prud. apoth. 104 **43** Theocr. III 15 νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα . βαρὺς θεός . ἦ ῥα λεαίνας μαζὸν ἐθήλαζεν, δρυμῷ τέ νιν ἔτρεφε μάτηρ XXIII 4 κοὐκ ᾔδει τὸν Ἔρωτα τίς ἦν θεός Tib. III 4, 73 nescis, quid sit amor Ov. m. XIII 762 quid sit amor, sentit Dracont. Rom. II 64 noscant, quid sit amor — Hom. Il. XVI 34 γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα πέτραι δ' ἠλίβατοι Tib. III 4, 85 *sqq.* Ov. m. VIII 120 — g. IV 203 Verg. A. IV 366 Prop. I 3, 4 Cyprian. Gall. Iudic. 635 duris . . cotibus **44** ? ἢ Τμάρος ἢ Ῥοδόπη ἢ τηλουροὶ Γαράμαντες g. I 332 (= Val. I 664) Theocr. VII 77 ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐσχατόωντα **47** Tib. III 4, 65 saevus Amor docuit Ov. am. I 6, 34 rem. 530 Claud. carm. min. VIII 1 saevus Amor **48** *sqq.* Aen. I 407 Culex 292 sed tu crudelis, crudelis tu magis, Orpheu Ov. her. XX 101 nam scimus, ut illo

Crudelis mater magis an puer inprobus ille?
Inprobus ille puer; crudelis tu quoque, mater.
  Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Nunc et ovis ultro fugiat lupus, aurea durae
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus,
Pinguia corticibus sudent electra myricae,
Certent et cycnis ululae, sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.
  Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Omnia vel medium fiat mare. Vivite, silvae!
Praeceps aerii specula de montis in undas
Deferar; extremum hoc munus morientis habeto.
  Desine Maenalios, iam desine, tibia, versus.'
  Haec Damon; vos, quae responderit Alphesiboeus,
Dicite, Pierides; non omnia possumus omnes.

---

49 at *scr. et* **50** *del. Ribbeck* **56** Orion M_1 **58** fiant ς *Philarg. Donat. Ter. Andr. 695 (Ad. 790?) Prisc. GLK II 465, 29* *post* **58** ***versum excidisse putat G. Hermann***

---

sit magis in natum saeva reperta parens Sedul. II 6 heu, noxia coniux! noxia tu coniux magis an draco perfidus ille? perfidus ille draco, sed tu quoque noxia coniux Anth. lat. 199, 96 es, coce, suavis homo; dulcis sed tu quoque, pistor 253, 6 inprobe, dure puer, crudelis crimine matris .. Amor Ciris 133 sed malus ille puer **52** *sqq.* Theocr. I 132 νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, .. ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι, πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι, .. καὶ τὰς κύνας ὠλαφος ἕλκοι, κἠξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι δηρίσαιντο V 136 οὐ θεμιτὸν .. ἐρίσδειν οὔτ' ἔποπας κύκνοισι Dirae 4 ante lupos rapient haedi *Otto Sprichwörter p. 198* **53** *sq.* Claud. I 250 mella ferant silvae .. sudent inriguae spirantia balsama venae III 383 carm. min. XXV 123 Prud. cath. III 158 **55** Lucr. III 6 quid enim contendat hirundo cycnis? Paulin. Nol. XI 36 si confers fulicas cycnis **58** Theocr. I 134 (*ad v.* 52) Dirae 46 cinis omnia fiat 61 dicantur mea rura ferum mare Prop. II 16, 46 quae tibi fiat aqua Ov. m. I 292 omnia pontus erant (erat?) **59** Theocr. III 25 ἐς κύματα τηνῶ ἀλεῦμαι, ὧπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς, καἴκα δὴ 'ποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἁδὺ τέτυκται V 15 Callim. III 195 σχεδὸν ἥλατο πόντον πρηόνος ἐξ ὑπάτοιο Ciris 302 pr. aerii sp. de montis abisses Symm. or. II 22 montium speculas Cat. LXIV 244 praecipitem sese scopulorum e vertice iecit LXVIII 57 aerii .. vertice montis Ov. m. XI 782 *sq.* Sil. V 309 e specula praeceps delatus opaca Iuvenc. III 406 praecipitemque maris sese iaculetur in undas **60** Aen. IV 429 Theocr. III 27 (*ad v.* 59) XXIII 20 δῶρά τοι ἦλθον λοίσθια ταῦτα φέρων τὸν ἐμὸν βρόχον Ciris 267 extremum h. m. m. habeto **61** Theocr. I 127; 131 *etc.* λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε λήγετ' ἀοιδᾶς **62** Theocr. IX 14 οὕτως Δάφνις ἄεισεν ἐμίν, οὕτως δὲ Μενάλκας Nemes. II 53 haec Idas calamis; tu quae responderit Alcon versu, Phoebe, refer Anth. lat. 199, 58 conticuit pistor; coepit cocus ordine fari **63** Iuv. IV 35 narrate, puellae Pierides — VII 23 g. II 109 Lucil. fr. 218 Ma. (*cfr.* Macr. VI 1, 35)

'Effer aquam et molli cinge haec altaria vitta
Verbenasque adole pinguis et mascula tura,
Coniugis ut magicis sanos avertere sacris
Experiar sensus; nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Carmina vel caelo possunt deducere lunam;
Carminibus Circe socios mutavit Ulixi;
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Terna tibi haec primum triplici diversa colore
Licia circumdo terque haec altaria circum
Effigiem duco; numero deus impare gaudet.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores;
Necte, Amarylli, modo et 'Veneris' dic 'vincula necto'.

---

66 a! vertere *Ribbeck* **70** ulixis ς *Schol. Bern.* olyxis *(Philarg.) inscr. Pomp. CIL IV 1982 = carm. ep. 1785* **73** primus P_1 triplice *M* **74** hanc ς **76** *del. G. Hermann*

Lucr. I 166 (*ad* IV 39) Hieron. ep. LII 9, 3 adv. Pelag. I 23 non o. p. o. *Otto Sprichwörter p. 254* **64** Theocr. XV 29 φέρε θᾶσσον ὕδωρ II 2 στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ Stat. s. IV 8, 9 sertis altaria cingat Prop. III 6, 30 IV 6, 6 **65** Hor. c. I 19, 14 verbenas, pueri, ponite turaque Seren. Samm. 160 Dracont. Rom. X 487 (Arnob. VII 28) mascula tura **66** Theocr. II 3 φίλον καταδήσομαι ἄνδρα Colum. X 341 Tuscis avertere sacris Augustin. de div. quaest. ad Simpl. II 3, 3 magicis sacris **68** Theocr. II 17 ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα **69** Ov. m. VII 167 quid enim non carmina possunt? — Aen. IV 489 Hor. epod. V 46 XVII 5; 78 Tib. I 2, 43; 8, 19 *sqq.* (cantus . . e curru lunam deducere tentat) Prop. I 1, 19 Ov. am. II 1, 23 carmina sanguineae deducunt cornua lunae *eqs.* her. VI 85 cursu deducere lunam m. VII 207 XII 263 Petr. 129, 10; 134, 12, 8 lunae descendit imago carminibus deducta meis Luc. VI 499 Mart. IX 29, 9 lunam deducere rhombo Nemes. IV 70 Claud. III 146 Dracont. laud. I 716 **70** (= Carm. ep. 1785) Petr. 134, 12, 12 Phoebeia Circe carminibus magicis socios mutavit Ulixis **71** III 93 — Lucil. 575 Ma. Marsus colubras disrumpit cantu Ov. am. II 1, 25 carmine dissiliunt . . angues m. VII 203 med. f. 39 Marsis finduntur cantibus angues Manil. I 92 Colum. X 367 Luc. VI 489 Nemes. IV 70 **73** *sq.* (Theocr. II 43 τρίς Tib. I 2, 54) Ciris 371 terque novena ligans triplici diversa colore fila ter . . despue virgo: numero deus impare gaudet Petr. 131, 4 licium varii coloris filis intortum Nemes. IV 63 ter vittis 68 haec eadem . . versicoloria fila . . circumtulit Ov. am. I 8, 7 Luc. VI 460 **74** Colum. X 362 ter circum areolas . . ducitur Aen. II 515 VIII 285 Coripp. Ioh. VI 154 VIII 302 (producunt) altaria circum **75** Ciris 373 (*ad v.* 73) Ennod. ep. VII 22 scientes quia numero deus inpare gaudet **78** Theocr. II 21 πάσσ' ἅμα καὶ λέγε ταῦτα· 'τὰ Δέλφιδος ὀστία πάσσω' 62; 30 ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας — VI 23 Iuvenc. III 737 thalamorum vincula nectens Luc. II 670 innectere vincula

Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Limus ut hic durescit et haec ut cera liquescit
Uno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.
Sparge molam et fragilis incende bitumine laurus.
Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Talis amor Daphnim, qualis cum fessa iuvencum
Per nemora atque altos quaerendo bocula lucos
Propter aquae rivom viridi procumbit in ulva
Perdita nec serae meminit decedere nocti;
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui, quae nunc ego limine in ipso,
Terra, tibi mando; debent haec pignora Daphnim.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena

---

82 lauros *P* ς **87** concumbit P_1 **95—100** *post* 104 *pos. G. Hermann*

---

80 Theocr. II 28 ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω, ὣς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις Lucr. VI 965 cera liquefit Hieron. ep. CXX 10, 12 liquatur enim cera et induratur lutum Augustin. ep. 140, 36 velut cera liquescat **82** *sq.* Theocr. II 18 ἄλφιτα (*schol.* εἰώθασιν αἱ φαρμακίδες κεχρῆσθαι ἀλεύροις) . . ἐπίπασσε 33 νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα Hor. epod. V 81 amore sic meo flagres uti bitumen atris ignibus — Theocr. II 23 Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν αἴθω· χὠς αὕτα λακεῖ μέγα καππυρίσασα Nemes. IV 65 incendens vivo crepitantes sulphure lauros **85** *sqq.* Theocr. II 48 ἱππομανὲς . . τῷ δ' ἐπὶ πᾶσαι καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι· ὣς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι Lucr. II 355 at mater viridis saltus orbata peragrans . . omnia convisens oculis loca, si queat usquam conspicere amissum fetum *eqs.* Stat. Th. VI 171 *sqq.* Anth. lat. 732, 3 per prata iuvencum mentem perdita quaeritat **87** Lucr. II 29 V 1392 prostrati in gramine molli propter aquae rivum Culex 390 rivum propter aquae viridi sub fronde Hor. c. III 16, 29 purae rivus aquae — Auson. ep. XX 15 p. 257 P. viridesque per ulvas **88** = Varius fr. 4, 6 B. (Macr. VI 2, 20) — g. III 467 **89** Carm. ep. 748, 12 tantus amor tenuit — Cyprian. Gall. Gen. 1279 dum cura medendi est **91** *sqq.* Theocr. II 53 τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις, ὡγὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω 59 τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον τᾶς τήνω φλιᾶς καθ' ὑπέρτερον — Aen. IV 495 Val. III 143 has precor exuvias **92** Ov. tr. I 3, 60 pignora cara meis Claud. I 143 p. c. Probi Prud. ham. 725 Paulin. Nol. XXV 226 **95** *sq.* Theocr. II 14 Ἑκάτα . . ἄμμιν ὀπάδει φάρμακα ταῦτ' ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκας μήτε τι Μηδείας 161 τοιά οἱ ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν Ἀσσυρίω, δέσποινα, παρὰ ξείνοιο μαθοῖσα Hor. epod. V 21 herbasque, quas Iolcos atque Hiberia mittit venenorum ferax

Ipse dedit Moeris (nascuntur plurima Ponto);
His ego saepe lupum fieri et se condere silvis
Moerim, saepe animas imis excire sepulcris
Atque satas alio vidi traducere messis.
  Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Fer cineres, Amarylli, foras rivoque fluenti
Transque caput iace nec respexeris. His ego Daphnim
Adgrediar; nihil ille deos, nil carmina curat.
  Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Aspice: corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. Bonum sit.
Nescio quid certe est, et Hylas in limine latrat.
Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
  Parcite, ab urbe venit, iam parcite, carmina, Daphnis.

---

105 *sq.* — ipse *Amaryllidi tribuit Vahlen, cfr. Serv. plen. et Schol. Bern.* **108, 107** *Haupt* Hylax *vulgo* **108** omnia *M*, **109** iam carmina parcite Daphnī *M*

---

98 Ov. m. VII 205 iubeo . . manesque exire sepulcris Tib. I 2, 45 cantu finditque solum manesque sepulcris elicit Ov. am. I 8, 17 rem. 253 **99** Tib. I 8, 19 cantus vicinis fruges traducit ab agris Ov. rem. 255 Nemes. IV 70 cantavit . . quo migrant sata **101** *sq.* Theocr. XXIV 93 ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα ῥωγάδας ἐς πέτρας ὑπερούριον, ἂψ δὲ νέεσθαι ἄστρεπτος Nemes. IV 64 cineresque aversa effudit in amnem Claud. XXVIII 329 trans caput aversis manibus iaculatur Ov. f. V 439 VI 164 Marc. Emp. I 54 — Coripp. Ioh. (IV 289) VII 338 rivoque fluenti **103** II 6 III 61 **105** Theocr. II 25 (δάφνη) ἐξαπίνας ἅφθη — Lucr. IV 404 (V 697) tremulis . . ignibus Cic. Arat. XXIII 3 B. tremulam . . flammam Ov. m. V 103 amplexo tremulis altaria palmis Tib. IV 6, 17 Manil. I 20 Sil. I 543 III 29 Stat. Th. X 55 Paulin. Nol. VI 38 altaria flamm(is) **107** III 103 Cat. LXXX 5 nescio quid certe est Ov. her. XII 212 Paulin. Nol. XXXII 119 nescio quid certe Hor. s. I 9, 67 certe nescio quid 2 Tib. I 5, 75 Ov. m. XI 716 XII 616 Val. VII 60 Stat. Ach. I 147 Anth. lat. 321, 5; 715, 11 Ennod. c. I 8, 23 *sq.* nescio quid — Theocr. II 35 ταὶ κύνες ἅμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται **108** Syrus 16 amans quod suspicatur, vigilans somniat Lucr. I 104 fingere possunt somnia Auson ep. XXVII 132 p. 282 P. credimus an qui a. i. s. s. f.? Claud. XVIII 172 fingere somnia possunt Coripp. Iust. I 57 credas somnia fingi III 324 nova somnia fingis?

IX

Lycidas Quo te, Moeri, pedes? an quo via ducit, in urbem?
Moeris O Lycida, vivi pervenimus, advena nostri,
Quod numquam veriti sumus, ut possessor agelli
Diceret: 'Haec mea sunt; veteres migrate coloni.'
Nunc victi tristi, quoniam Fors omnia versat,
Hos illi (quod nec vertat bene!) mittimus haedos.
L. Certe equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt mollique iugum demittere clivo,
Usque ad aquam et veteres iam fracta cacumina fagos
Omnia carminibus vestrum servasse Menalcan.
M. Audieras, et fama fuit; set carmina tantum
Nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Quod nisi me quacumque novas incidere lites
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Moeris nec viveret ipse Menalcas.
L. Heu, cadit in quemquam tantum scelus? heu tua nobis
Paene simul tecum solacia rapta, Menalca?

---

6 quot *P* quos M_2 non ς *Prisc. GLK III 317, 5* bene vertat *I*, ς *Serv. hic et ad Aen. IV 647 Non. 348, 25 Donat. Ter. Phorm. 678 Prisc. l. l.* **7** quae M_1 **8** incipiant P_1 **9** veteris . . fagi *P* ς *Quint. VIII 6, 46 Philarg. (Schol. Bern.)* **14** quocumque *P* componere *Probus comm. p. 328, 6 H.* **17** cadet *P*

---

1 Theocr. VII 21 Σιμιχίδα, πᾶ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις . . ἢ μετὰ δαῖτα; 27 Λυκίδα φίλε XIII 70 XIV 42 ᾇ πόδες ἄγον Aen. I 401 Sidon. ep. II 10, 4, 30 quo via ducit ad salutem Coripp. Iust. IV 249 qua . . mediam via ducit in urbem Augustin. c. acad. I 5, 14 de doctr. christ. I 36, 41 *al. Otto Sprichwörter p. 275. 8* **3** Venant. c. VI 10, 63 Anth. lat. 876, 25; 914, 65 possessor agelli **4** Ps. Quint. decl. maior XIII 2 migraverunt veteres coloni Ov. m. VI 318 XV 289 Claud. XV 198; 508 Arator II 1190 veteres . . coloni Sidon. c. XVI 51 veteris migraverat hostis **5** Symm. ep. II 57, 1 fors versat humana **7** Lucr. III 1078 certe equidem (?) **8** Claud. rapt. II 102 planities mollibus edita clivis creverat in collem **9** III 12 **13** Prop. I 9, 5 (Sil. III 679) Chaoniae . . columbae — Lucr. III 752 accipiter fugiens veniente columba Ov. m. I 506 sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae V 605 ars I 117 II 363 Sil. V 282 Dirae 5 Hor. c. I 37, 17 IV 4, 32 Soph. Ai. 168 **14** *sq.* Ov. m. XI 241 Il. lat. 77 quod nisi — I 16 Hor. epod. XVI 47 cava manant ex ilice **17** *sq.* Mosch. III 11 Βίων τέθνακεν ὁ βουκόλος, ὅττι σὺν αὐτῷ καὶ τὸ μέλος τέθνακε καὶ ὤλετο Δωρὶς ἀοιδά 51 *sq.* — Il. lat. 14 raptae . . solacia Claud. rapt. II praef. 3 erepta sibi solacia

Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret aut viridi fontes induceret umbra?
Vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras:
'Tityre, dum redeo (brevis est via), pasce capellas,
Et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caveto.'
M. Immo haec, quae Varo necdum perfecta canebat:
'Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae,
Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.'
L. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,
Sic cytiso pastae distendant ubera vaccae:
Incipe, si quid habes. Et me fecere poetam
Pierides, sunt et mihi carmina, me quoque dicunt
Vatem pastores; set non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna

---

19 orbis M_1 **24** totum vastas M_1 **25** capre c. feret M_1 **26** immoterque (hec *ss.*) baro *M* **27** Vere *P* Bare *M* cupiant *(del.)* superent *M* **29** ferant P_2 **30** grynaeas *P* (M_2) *Schol. Bern.* exagmina M_1. **35** varo *M* ς *(cfr. Serv.)*

---

19 *sq.* V 20; 40 Lucr. II 33 conspergunt . . floribus herbas **20** Dirae 28 Stat. Th. IX 592 viridis umbra **22** *sqq.* Theocr. III 1 (Gell. IX 9, 7) κωμάσδω ποτὶ τὰν 'Αμαρυλλίδα . . Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλημένε, βόσκε τὰς αἶγας καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύψῃ **25** Prop. II 5, 19 taurus ferit uncis cornibus hostem Gaetul. fr. 1 (p. 361 Baehr.) aries illum verno ferit aere cornu **28** Mart. VIII 56, 7 iugera perdiderat miserae vicina Cremonae (Vergilius) Sidon. ep. I 5, 5 Cremonam . . cuius est olim Tityro Mantuano largum suspirata proximitas c. XXIV 32 calumniosis vicinum nimis heu iugum Rutenis Luc. I 248 Anth. lat. 671, 103; 686, 15 **29** Aen. VII 99; 272 Nemes. I 18 laudesque tuas sublime ferebat Ps. Tertull. adv. Marc. II 268 summa ferens ad sidera laudes **30** X 4 *sqq.* **31** IV 21 Theocr. VIII 69 τὰ δ' οὔθατα πλήσατε πᾶσαι (ὄιες) **32** *sqq.* III 52 V 10 Theocr. V 78 εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις, καὶ Nemes. I 3 incipe, si quod habes — Theocr. VII 36 βουκολιασδώμεσθα . . καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα, κἠμὲ λέγοντι πάντες ἀοιδὸν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής, οὐ Δᾶν· οὐ γάρ πω κατ' ἐμὸν νόον οὔτε τὸν ἐσθλὸν Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω οὔτε Φιλίταν ἀείδων, βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω 47 καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι 92 Νύμφαι κἠμὲ δίδαξαν . . ἐσθλὰ IV 30 V 136 (*ad* VIII 55) Prop. II 34, 84 anseris indocto carmine cessit olor (Ov. tr. II 435 Cinnaque procacior Anser) Symm. I 1, 4 liceat inter olores canoros anserem strepere Sidon. ep. IX 2, 2 olorinis cantibus anseres ravos . . sociaveris c. XXII pr. 3 coram canoro cygno ravum anserem profitemur Ennod. ep. VI 23 quasi post olores anser strepui *Otto Sprichwörter p. 104*

Digna, set argutos inter strepere anser olores.
M. Id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto,
Si valeam meminisse; neque est ignobile carmen.
'Huc ades, o Galatea! quis est nam ludus in undis?
Hic ver purpureum, varios hic flumina circum
